

IOANNIS BACCANELLI
MEDICI REGIENSIS,

De consensu Medicorum,
in curandis morbis.

LIBER SECVNDVS

De Cephalæ descriptione.

Cephalæa est dolor diurnus difficulterq; solubilis, qui per quosdam circuitus intollerabilem capitis passionem affert.

Loci consentientes de cephalæ descriptione.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 9. est. n. affectus hic, dolor diurnus difficulterq; solubilis, qui a parua occasione uehementes habet accessiones, ut neq; strepitū neque uocem neque luminis splendorem, neque motum tollerare possit infirmus, sed tranquillitatem obscurumq; cubiculum querat & c. Similis sententia est in Gale. 2. de comp. med. per loc. ca. 2. Hanc passionem uocat Auice. prima tertij, cap. 35. Ouum & cauthati siue alchude quod interpretatur galea ut in correctione ex Andrea beluensi uel potius ex suis Auice. commentatoribus apparet. Nā huic illa omnia tribuit, quæ a Galeno de cephalæa recitantur. Aet. ser. 6. cap. 48. ita belle immittari Gale. uidetur, ut nil aliud quam mera Galeni uerba exprimat, quod identidem sed breuiuscule agit Paulus Aeg. lib. 3. cap. 5. Cornelius Cels. lib. 4. Cap. 2. In capite interdum acutus ac pestifer morbus est, quæ κεφαλαία Græci uocant, Dolorq; est intollerabilis, circa tempora uel occipitium & c.

De loco affecto.

Cerebrū afficitur aut eius mēbranæ quas Græci μνίγγας uocant, interdum dolor intra caluariam se continet, interdū

extra.

Loci consentientes de loco affecto.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 9. quæ cephalæa a medicis nominatur nemo dubitat quin cerebri sit morbus. Alex. lib. 1. cap. 17. fit ab inflammatione in caluariæ membranæ ac cerebri pelliculis orta. Paulus lib. 3. cap. 5. Quibus intra caluariam morbus cõfistit. his dolor ad oculorum radices porrigitur, quibus extra est, circa caluariam dolent, idem Gale. 2. de comp. med. per loc. cap. 2. asserit. Auic. prima tertij. cap. 35. fit ab ipso phlegmone in cerebro, aut eius uelaminibus existente & c.

De causis cephalææ.

Causæ sunt uel per se uel per consensum, si per se, uel erit primitiua a Græcis $\pi\rho\kappa\alpha\tau\alpha\rho\tau\iota\chi\alpha$ dicta, uelut est ardor frigiditas ebrietas plaga & c. Antecedens a Græcis $\pi\rho\rho\upsilon\upsilon\mu\epsilon\upsilon\upsilon$ dicta erit sextuplex, Prima humorum multitudo, Secunda partium capitis imbecillitas, Tertia obstructio meatuum, Quarta humorum mala qualitas, Quinta intemperies simplex, Sexta sensus exuberantia, uel causa erit coniuncta a Græcis $\sigma\upsilon\upsilon\kappa\alpha\tau\iota\alpha$. i. concausa cephalæam actu efficiens, & erit triplex mala complexio soluta continuitas uel utraq; simul. Rursus mala complexio uel erit calida uel frig. sic. uel hum. causæ malæ complexionis calidæ sunt sanguis bilis pituita salsa, Causæ malæ complex. frig. sunt humores & uapores frigidi, Causæ malæ complex. siccæ sunt dies caniculares, motus corpori & animales, De causis humidis nulla fit mentio ex eo quod dolorem nõ pariunt, nisi cum aliqua acrimonia, uel alia malâ qualitate coniuncta sint & c. Solutæ continuitatis causæ sunt omnia q̄ cõtinuitatē dissoluant & c. Si uero causa sit p̄ cõsensum tũc uel erit ab aliquo mēbro mittente sicut a uētriculo uteroue aut ab hepate & reliquis aut a præcedētibus morbis.

Loci consentientes de causis cephalææ.

Gal. 2. de compos. med. per loc. ca. 1. Causæ producētēs sunt

quinq; prima est iuxta intemperiem simplicem citra humorū complexum, alia iuxta humorum qualitatem, alia iuxta multitudinem tantum ipsorū humorum contingit. Quarta quum multitudo hæc trāsitus humorum ac uaporū obturat, Quinta quū in quibusdā capitis partibus ob imbecillitatē spiritus flatuosus innascitur, Sexta quā adiūximus habetur ex Gale. 1. de loc. aff. ca. 9. ibi neq; absurdū est īquit ut quosdā ob sensus exuperatiā dolor infestet, quemadmodū in ore stomachi accidit & c. Auic. similiter prima tertij. ca. 35. huius ægritudinis causam ponit cerebri ībecillitatē & fortitudinē sensus eius & c.

De causa procatarctica loquitur Gale. 2. de cōpos. med. per loc. ca. 1. ibi quandoq; etiā ob causam aliquā externā procatarctice laceffentē, uelut est ardor frigiditas ebrietas plaga capitis dolor contingit. Auic. prima tertij, de uniuers. ser. sode. causæ primitiue calefacientes sunt sicut sol ignis uinum potus et crapula & c. De causa coniuncta ibi etiam loquitur Auic. loc. citato dicens qđ causa doloris immediata, aut est mala cōplexio, aut solutio cōtinui, aut utraq; sicut in apostemate & c. De mala cōplexione loquitur Gal. 2. de cōpo. med. p. loc. ca. 1. ibi uehementissimi dolores fiunt iuxta caliditatē et frigiditatē, moderati iuxta siccitatē, ad humiditatē nullus cōsequitur dolor & c. Gal. aphor. 4. cōm. 70. fiunt. n. dolores capitis et ex calore solo, non unquā ex flaua bile q̄ uel in capite uel in uentriculo cōtinetur ut ex abundātia humorū caput opprimente, uel propter aliquā loci obstructionē, uel a spiritu flatuoso habente in parte ipsa generationem. De causa per consensum loquitur Auic. pri. tertij, cap. 35. ibi & multotiens contingit a morbis antecedentibus qui substantiam cerebri et eius uelamina tam intrinseca quam extrinseca debilitarunt fit etiam ex uaporibus stomachi ad caput elatis & c. Alex. lib. 1. de dol. cap. Dolor inquit capitis nō semper primario affectu efficitur, sed p̄

consensum nonnunquã alterius membri, unde si ad nimium iocinoris calorem dolores capitis oriantur multo uehementiori crutiatu laborantem adfligunt ob fumos eiusdem uisceris caput petentes &c.

De signis cephalæ.

Primum si dolor fuerit a causa procatartica cognoscitur ex affectu derelictio, Si dolor fuerit per essentiam in capite, dolor continuo agrum ledet lesionemq; in aliqua cerebri parte comprehendemus, & cum reliquis cerebri operationibus manifesta lesio apparebit, sicuti in sensu uisus uel alijs sensibus, Quod si dolor capitis per consensum fieri contingerit, tunc per consentiendi membri lesionem magis uel minus intensam, dolor magis ac minus crescet minuetq;ue. Cognoscitur etiam a primordio ipsius lesionis, nam quod primum leditur, alteri lesionem infert, At si ab intemperie fiat dolor citra humorum complexum, tunc manifestus calor uel frigus absq; ulla in capite grauitate sentietur, quod si ab intemperie humoralis, tunc uniuscuiusq; humoris aderunt particularia signa, nam sanguinis sunt septem, rubedo, tensio, grauitas, tactus calidus, pulsus magnus, somnus ob uaporum copiam, urina crassa rubea, Bilis signa sunt sex dolor acutus mordicans punctorius in anteriori & dextra capitis parte, uigiliae, coloris flauities, parua grauitas, tactus acris calidus, pulsus uelox, & sitis. Pituitæ signa sunt quatuor color albus, dolor obtusus & perseuerans in occipite somnus profundus et pigritia. Melancholice signa sunt liuor in facie nigrities, sensus corruptio dolor obtusus perseuerans in parte occipitis sinistra. Flatus signa sunt, loci extensio, nulla adest grauitas interdum fit cum sonitu & tinnitu permutatur dolor de loco ad locum, & multiplicato uapore maior fit in capite pulsus, imaginatio interdum corrumpitur & sequitur uertigo. Do-

lorem qui fit a soluta continuitate, ipsa solutio indicat, quæ nisi extrinsecus appareat per puris ac sanguinis excretionē cognoscitur. Si fiat dolor ab aliquo abscessu aderunt signa lethargi uel phrenitidis, si fiat a febre tunc ipsa crescente dolor augetur, & declinante minuetur.

Loci consentientes de signis cephalæ.

Gale. 2. de comp. med. per loc. cap. 2. habet hæc affectio interdum continuos dolores, interdum exacerbationes & interualla siue ordinata siue inordinata, intermittunt exacerbationes ueluti in commitali morbo correptis. Dolores igitur cum grauitate humorum multitudinem significant, cum mordacitate aut humorum uel uaporum acridinem, cum pulsu inflammationem, cum tensione citra grauitatem ac pulsum tenuis ac uentosi flatus multitudinem demonstrant, si uero cum pulsu membranosi corporis inflammationem, si uero cum grauitate distentio fiat humorum multitudinem intra membranas contentã. Et eodem in lib. cap. 1. Qui ex ardore caput dolent cutis tactui aridior oculosq; rubros habent, frigidisq; tum per fusionibus, tum illinitionibus gaudent, quod si ob biliosum humorem caput doleat, accedit maior mortus et faciei pallor & aliquando oris amaritudo contingere solet. Porro signa dolentium caput ob frigiditatem contraria sunt eis quæ ex ardore oriuntur & c. lege de his Paulū lib. 3. ca. 9.

Obiectio.

Ob quam rationem hæc affectio dolores per interualla habet uelut morbus commitalis? Responso.

Hæc ratione quia hoc contingere potest ex specifica proprietate in humoribus inuenta, nam ex bile extra uasa mota fit dolor tertianarius, & in uenis contenta mota & alterata prouenit dolor continuus & hoc contingit ex specifica bilis proprietate, uel hoc euenit ob quantitatem auctam aut

diminutam humorū, uel pp eorum crassitiē tenuitatē fluxibilitatē & uiscositatem & hoc habetur ex Gal. 2. de diff. feb. de febre sextana & ab Auic. pri. quarti. tra 4. ca. de feb. apostematū & c. Auic. pri. quar. de feb. ephimeris causa primitiua cognoscitur p eius presentia & ablationē & ab effectu derelicto & c. Et pri. 3. ca. de signis ostēdentibus species sode habet omnia q̄ ante recitata sunt & c. lege etiam Aet. ser. 6. cap. 48.

De cura cephalē ob humore calido.

Eliciuntur ex Gal. quinque ad curandum intentiones, Prima est uniuersalis euacuatio quā a multitudine dolor fiat, Secūda est reuulsio, Tertia male qualitatis repulsio, Quarta capitis particularis purgatio, Quinta capitis roboratio & si quid derelictū est resolutio & c. Vniuersalis euacuatio fit p sectionē uenae, primo p saphēanā si in causa sint hemorrhoides uel mēstrua retēta, uel p uenā basilicam uel cōmunē, si adhuc sanguis abūdare uideatur, deinde p cephalicā, postremo p uenas frōtis, aut eius loco applicētur naribus sanguisuga. Reuulsio fit pluribus modis sicut p enemata p extremarū partium frictions ligaturas, p sanguinis detractionē per cucurbitulas per hirundines ad hemorrhoidas et ad nares applicitas p suppositoria. Nam interdū sub reuulsione etiā deriuatio cōuenit quae ad uicina loca tantū fieri solet, unde per ^ēpp^{ia}, i. p nares euacuantia ut sternutatoria gargarismata masticatoria aurifusoria & similia fiunt. Repulsio male qualitatis fit dupliciter p exteriora & p interiora. Exteriora fiunt per repellentia epithemata, inunctiones, cerata, cataplasmata, odoramenta, suffumigia, instillationes, lotiones, et similia ita tamē ut repellentia sint adārgentia & frigefaciencia primū, deinde repulsoria, quibus addendū est aliquid ex mitigatorijs ac cōcoctorijs medicamētis, deinceps ad discussoria paulatim accedēdū detractis omnino repellētibus. Interiora malā qualitatem

remouentia sunt Syrupi, Zulapia siue Iuleb, ecclegmata Apozemata siue decocta pulueres & c. Syrupi sunt Acetosus simplex Violaceus de Endiuia, Rosaceus de succo acetosæ, de agresta de granatis de limonibus de acetositate citri & c. Zulapia uaria sunt, ut uiolacea Nenupharina, fiunt etiam cum pitisana & uino granatorum cydoniorum malorum uel cum Iuleb rosaceo aqua hordei & aqua coriandrorum præparatorum & c. Electuaria sunt diarhodon abb. Triasandali, Conserua uiolacea Rosacea cōfectio de prunifemes. Manuscripti diacoralis & c. Decocta fiunt ex rebus frigidis ad caput spectantibus ut sunt uiola Nenuphar Rosa salix cucurbita, Mala granata lactuca sandali, Mirtus plantago semper uiua portulaca & similia. Capitis purgatio multifariam fieri potest, sicut per simplicia medicamina, uel per composita. Simplicia sunt Rheubarbarum Aloes Agaricus, succus rosarum Diagridii Myrobalani citrini Casia siliqua, succus uiolarum, Manna, succus Iridis, Tamarindi, succus fumi terre et similia. Cōposita sunt uaria sicuti electuaria cōfectiones pillule Trochisci potiones boli pulueres. Electuaria sunt electuarium de suc. ros. nic. elm. ros. mes. Diaprunis sol. nic. Diaphinicon mes. elm. de psyllo sol. mes. Casia et māna cum rheubarbo, cū agarico, cū scamonio præparato. Cōfectiones sunt cydoniata solutiua, nebule solutiue & mille cōfectiones que parari possunt, sicuti passule cū diagridio & c. Pillule sunt auree nic. de hiera simpl. Gal. pillule lucis mes. de hiera cōposita nic. De Rheubarbaro mes. Aggregatiua mes. aleophangina mes. Trochisci sunt Tro. de diarhodon de Rheub. de camphora addendo aliquid rheub. uel diagridij. Potiones fiunt ex electuarijs ac decoctis supra scriptis similiter boli cum electuarijs et sacharo. Pulueres sunt ex rheubar. Aloe agarico cucumere syluestri & cat. Capitis roboratio perficitur cum stypticis infrigidantibus

ac constringentibus ut oleo rosaceo myrtino & c. Residui re-
solutio fiet cum resoluētibus modice calefaciētibus sicut sunt
semina Althee, sanuagræci, lini, Melliloti camomilla anetho,
aut cum oleis camomillæ Anethi & c. uel cum pulmone agni
uel arietis catulorum & pullorum columbarum & c.

Loci consentientes de cura cephalæ.

Auic. prima tertij, tra. 4. ca. 36. Si causa est sanguis pblebo-
toma & si tu in principio administraſti id quod repellit, de-
mum utere embrocis ex aquis in quibus resoluētia sint mo-
dice calefacientia cum repercussione modica & siccitate
ut flos squinanti camomilla & c. De inde euacua cum eis que
eueniunt & scias quod quum purgasti superest ut confortes
cerebrum & eius uelamina & c. ex quibus uerbis omnes in-
tentiones a me iam dictæ eliciuntur. Præterea Paulus æg. lib.
3. cap. 5. & Aet. ser. 6. cap. 50. & mes. cap. de soda, & Arcul.
de cura cephalæ similiter Michael Saonarola de cura so-
dæ cal. Gerardus de solo Gordinus ac ipse Marcus Catina-
rius omnes in has intentiones curandi concurrunt. De reuul-
sione loquitur Gal. 2. de compos. med. per loc. ca. 2. inquit re-
uulsio itaq; fit per clysteres per extremitatum ligaturas, &
per plures infernarum partium frictions, interdum per san-
guinis ex cubito detractione & ex naribus aperta uena &
apoplegmatisms & medicamentis que naribus induntur
& c. Similiter Hippo. 3. de morbis circa principium si dolor
capitis permanet ut sternutet curato, lenibusq; ac odoratis ca-
put & uentrem purgato, ptisana succum sorbeto uinum ne-
potato & c. De repulsione male qualitatis loquitur etiam Ga-
le. loco cit. ibi repellit oleum rosaceum omphacinum per se
& cum aceto ex capitibus papaueris & c. Et. 2. de compos.
med. per loc. cap. 1. Quod si in capite ipsa affectio calida exi-
stat in primis repellendum cum refrigerantibus, deinde ex

mittigatorijs ac concoctorijs aliquid admiscere ad repulsoria oportet. deinde discussoria adhibenda ita ut paulatim repulsoria pharmaca detrahantur. De interioribus exhibendis cōsule Neotericos authores. De purgatione capitis tetigit Gale. 2. de compos. med. per loc. cap. 2. ibi dabimus hieram exacuatā &c. quomodo uero hiera exacuatur docuit Gale. eodem in lib. cap. de Alopetia dicens se ueratrum nigrum addere si atrabilis sit expurganda aut scamonium. si amarabilis sit euacuanda. unde Græce habetur $\tau\upsilon\upsilon\iota\epsilon\rho\alpha\upsilon\delta\epsilon\upsilon\alpha\upsilon\tau\alpha\varsigma\delta\omicron\tau\epsilon\omicron\upsilon$. Et. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. euacuandus est biliosus humor per absinthij cremorem aut per Aloen & per ipsam picram antidotum aut modica addita scamonia, aut per catapotia ex Aloe confecta &c. De capitis roboratione, & residui resolutione satis habes ex Auic. Mes. & Almanf. capite de soda calida. Gale. cap. cit. Discutit oleum dulcissimum calidum & magis inueteratum, itemq; sycionium. Nota non dici sycionium $\delta\prime\tau\omicron\sigma\upsilon\chi\upsilon\omicron\nu$. i. a cucumere ut nonnulli putant. sed potius a sycionia patria ubi parabatur. nam Diosco. 1. lib. de oleo sycionio loquens nullam de cucumere mentionem facit, & hoc prius annotauit Cornarius in suis annotationibus. Discutiunt etiam inquit Arcul. pulmo arietis agni, item catuli lactentes ac pulli columbarum &c.

Obseruationes de uenæ sectione.

Auic. prima tertij, de cura sode calide absq; materia, in sectione uenæ primum caue ne uenter sit stypticus ibi tu ad curandas ægritudines capitis lenificatione multum nature indiges &c. Similiter Razes. lib. diuis. cap. 3. asserit. Secundo caue ne adeo uehemens sit dolor ut curandi ordinem permutet & hoc uoluit Mes. & Auic. quarta primi cap. 3. ibi quinq; ad diuersum trahere uolueris dolorem illius membri prius feda. Gal. meth. 12. ca. 1. Qui dolori neglecta curatiōne tātum est

intentus, non id ex topicis artis ratione, sed in ægri gratiam facit, at si ex dolore uires resoluatur atque ex eo periculū impendat & mitigari prius dolor & uires roborari debent, similis sensus est eodem in lib. cap. 7.

Observationes de repulsione.

Gal. 2. de compos. med per loc. ca. 1. Aptissimus locus est ad applicanda remedia iuxta capitis sinciput siquidem ob laxitatem coarticulationis iuxta coronalem suturam & ob osium tenuitatem & raritatem facile tum caliditatem cum frigiditatem omniumque adhibeatur, intro distribuit.

Auic. de uniuers. cur. sod. Alienanda sunt hæc frigida a posteriori cerebro quod est origo neruorum. Gale. loco citato a papaueris succo & mandragoræ est abstinendum, non enim citra damnum refrigerant. Vitanda; quæ cum refrigeratione manifesta adstringunt ut solani succus mali punici cotonei & Mespili & si quando necessitas expostulat parum ex eis admiscere oportet.

Mesues cap. de cur. sod. cal. quum topicis usus fueris fac ne priuentur his tribus uirtutibus, Prima quod in gradu alterationis competant, Secunda quod membri uirtutem coaduenent ne superfluitates caput recipiat, Tertia quod sua proprietate caput roborent & c. uersus idem Mesues adhibenda sunt alterantia frigida exceptis in quatuor casibus. Primo quum soda calida sit in febris materialibus, nã sodam multiplicat usus epithematum uapores exire non permittentium, ut testatur Auic. prima tertij, cap. 11. Secundo quum soda sit propter uapores acutos qui ex totius corporis consensu uel partis ad caput perueniunt etiam caput eos recipit, nam diuerso ad oppositū ex una parte competit & ex alia receptorum resolutio non autem alteratio. Tertio quum soda sit a multitudine materie & tunc enacuatio sedat. Quarto quum
fit

fit a multitudine uaporum existentium in capite per consensum totius uel partis tunc resolutio & particularis euacuatio conuenit & non alteratio.

Gal. 2. de compos. med per loc. cap. 1. notat q. ubi frigidior & erudior fuerit humorum multitudo tepida applicentur ubi calidior & biliosior, frigida Arcul. presente rheumate fomentationes sternutatoria & gargarismata & lotiones pedum & capitis non sunt omnino nisi post perfectam euacuationem admittenda. Auic. prima tertij. cap. de can. uniuers. cur. Cauendum est in cerebri inflammationibus ne maturantia adhibeamus & c.

Observationes de purgatione capitis.

Auic. prima tertij. de euacu. cur. a facilioribus est incohandum similiter Mes. cap. de sod. cal. Auic. prima quarti. cap. de cura putridarum in genere. Ad euacuationem precedat digestio & Hippoc. aphor. 1. aphor. 22. concocta medicari atq; more nō cruda modo nō turgeāt & c. de his uide de purg. sup.

De cura cephalæ ex humore frigido.

Curationis scopi erūt quinque, Primus modus regiminis, Secundus materiae preparatio, Tertius humoris preparati euacuatio, Quartus diuersio, Quintus cerebri roboratio ac residiui resolutio.

Modus regiminis si materia sit pituitosa frigi. s. & humida, erit circa sex res non naturales calefaciens & exiccans. Materiae preparatio fiet si pituita fuerit crassa ac uiscosa, p incidentia ac attenuantia capiti cōferentia, ut est Rhodomel oxymel simplex compositum & scilliti cum Sy. de duabus radicibus, Sy. de quinque rad. Sy. de stechade, de betonica, cum decoctis incidentibus ut ex hyssopo origano pulegio salua maiorana betonica ruta peonia saturegia stechade sileri mōtano ex chamedrio chamepithi castorio cinnamomo ligno Aloes

laudano melliloto calamo aromatico uerbena feniculo fo-
 lijs lauri cum mosco ambra nuce myristica rosmarino, que
 omnia summo opere capiti oportuna esse uidentur. Si uero ma-
 teria fuerit tenuis & fluens calidis stypticis que crassio-
 rem materiam reddant utemur, sicuti est mastiche nux mosch. li-
 gnum aloes &c. Possit etiam fieri materie preparatio cum
 cataplasmate ex rebus predictis, minus calido & frigido
 prout expedire uidebitur. Euacuatio fiet ut supra dictum est
 per simplicia ac composita pharmaca. Simplicia sunt colocyn-
 this agaricus aloes uebuli sarcacola turbit chartamus esula
 polypodium hermodactilus scilla radices ireos ciclamē &c.
 Composita sunt confectiones electuaria pillule & pulueres.
 Confectiones sunt diarob diaturbit & mille alie que per te
 cum melle & saccharo poteris componere. Electuaria sunt
 diaphnicon mes. el'm indum mes. Diacartami magist. egeta
 mes el'm elefscoph mes. Diarob cum turbit & rehubarbaro
 & similia. Pillule sunt chochia Almans. pillule fetide mes.
 de serapino mes. de rheub. mes. de sarcacola mes. Hieralogo-
 dion nic. pillule aggregatiue mes. sine quibus nic. Pillule de
 hiera magna Gale. de hiera cum agarico magist. pillule aleo-
 phangine mes. pillule de agarico & de hermodactilis mes.
 &c. Pulueres componi possunt ad libitum sicut puluis turbit
 preparati rheub. Agarici cartami &c. Diuersio & deriu-
 tio que est altera euacuatio fit per extremarum partium li-
 gaturas per, suppositoria enemata cucurbitulas lotiones fri-
 ctiones. Deriuatio fit per gargarismata sternutatoria & ma-
 sticatoria caput purgantia. Ligations fieri ualidiores quam
 in calida cephalia. Suppositoria parantur exempli gratiarū
 ex specierum hiera composita. 3. ij, salis gemei. 3. i. cum melle
 fiant supposita quibus addi potest colocynthis agaricus fel
 tauri stercus muris euphorbium esula diagridium &c. Ene-

mata parari possunt ex decocto saluæ stæchados mercuria-
 lis maluæ furfuris lib. prim. cassiæ hieræ logodionis añ ʒ s.
 Rhodomellis olei communis añ ʒ. iij. salis ʒ s. Validiora fiunt
 cum colocynthide agarico centaurio cartamo & c. Cucurbi-
 tula applicantur cum scarificatione prout tibi uidebitur. Fri-
 cationes fiunt manibus oleis mandili aspero uel leni uino at-
 bo & decocto asparagorum & herbarum calidarum & c.
 Gargarismata fiunt cum oxymelle simp & compos. & scilli-
 tico cum decocto origani hyssopi, cui addi potest ut sit ualidi-
 us synapis piretrum cortices thuris ac piper & c. Sternuta-
 toria cum pipere condisi eleboro albo fiunt. Caput purgia cũ
 nigella per. 24. horas infusa in aceto & exiccata & in pul-
 uerem redacta fiunt, aut ex felle taurino aut caprimo cũ mo-
 dico castorei & parte una croci, cum aqua maiorana fiat col-
 lirium, Masticatoria fiunt simpliciter cum mastice addito pi-
 pere uel piretro uel radice capparorum & c. Capitis roborata
 fiet cum calidis stypticis residui resolutio fieri potest per
 linimenta epithemata attractiones sacculos instillationes con-
 fectiones & suffumigia & cerata. Linimenta fiunt ex oleo
 camomillino rutaceo laurino de spica liliorum alborum de
 cheiri nardino sansucino de amygdalis amaris de croco quib-
 bus addi possunt oleum ros. uiol. & similia uel si calidiora
 desiderantur cum oleo de castorio de euphorbio de piperi-
 bus. Epithemata fiunt ex aquis maioranae uel oleis aut ex de-
 cocto stæchados foliorum lauri camomilla rosarum cum oleis
 ad caput spectantibus. Attractio per nares fiet cum aqua
 maiorana muscho addito uel ambra, quauis odorifera in
 mulieribus sint uitanda ob conuersionem uteri ad superiora,
 uel cum alijs aquis capitalibus addendo calamum aromaticum
 & nucem myrsiticam. Sacculi fiunt ex camomilla maiorana
 stæchade folijs lauri, pulegio origano corticibus cedri cinna-

mo spica mace gallia muschata & c. Instillationes fiunt ex laudano storace cal. cum oleo camomillino rutaceo & c. Confectiones fiunt ex diambra diamargaritone diamuscho dul. confectiones de gemis aromatico ros. moschato electuario regū mytridato theriaca diacoro & c. Suffumigia fiunt ex thure sandaraca ligno aloes laudano muscho storace calamita garyophyllis & c. Cerata fiunt ex camomilla maiorana stechades rotarum ana. p. i. corticum citri garyophyllorū cinnamomi nucis muscha. ana. p. s. gallie muschatae laudani parū cum oleo de spica & resina pini ad libitum fiat ceratum & c.

Locī consentientes de cura cephalæ ab humore frigido.

Gale. 2. de comp. med per loc. cap. 1. si viscosus aut crassus humor aut status uaporosus in angustijs meatuum infarcitur, ita ut multo tempore opus sit ad curationem tunc que sic infarcita sunt, attenuare oportet, meatusq; dilatare per quos excernantur habita providentia, ne quid humoris uel status amplius infarciatur. Et ad hæc coroborandum est affectum membrum, ex quibus uerbis curandi intentiones elici possunt, consule tamen in ijs omnes neotericos practicantes. De sex rebus non naturalibus loquitur Paulus lib. 3. ca. 4. ibi uinum inquit subtilius propinandum corporis motio adhibenda, item balneum prodest & c. Quod materiae preparatio fiat per incidentia ac extenuantia habes in. 9. aphor. 2. libri nam in sine commē. Gal. erit fluidum corpus omnibus referatis meatibus humoribus uero incisis abstersis atq; extenuatis, si quis fuerit humor in corpore crassus ac glutinosus. Quod uero tales syrūpi iam enarrati sint ad propositum lege ex Mesue, uel ex Gale. 2. de comp. med per loc. ca. 1. ubi acetum mulsum in potu aut simplex aut Iulianicum appellatum ex origano hysopo commendat. Auicēn. prima tertij, de cura fode frigide & ad

ministrantur subtiliatiua uel maturatiua & euacuariua de-
terminata &c.

De diuersione loquitur Auic. loc. cit. ubi eam fieri in prin-
cipio imperat si humor in eo fuerit communicans, quod ue-
ro hæc tot modis quot iam diximus fiat expresse habetur ab
Acul. Marco Catinario & ab omnibus practicantibus, de
roborando capite lege Gale. loco nuper citato. Item Auic. pri-
ma tertij, ubi modos epithematum caput purgiorum oleorū
ac herbarum docet. Inde enim omnia ex me dicta intelliges.
Auic. de cur. sode frigide, omnes qui habent sodam ex frī
gore post purgationem, si ea in digent, iuuat unctiones caput
purgia suctiones narium odoramenta embrocæ & empla ca-
lescentia &c. Habes similia ex Gal. 2. de compos. med. ca. 2.
de cura cephalæ ex Archigene & Asclepiade & plurimis
alijs ut apoplegmatisimos sternutatoria & amuleta que ca-
piti circumponuntur, similiter irrigationes masticatoria pa-
stillos &c.

Observationes de regimine in cephalæa.

Auic. prima tertij, de uniuers. regimine in soda, Tu scis
q̄ soda est exemplum reliquis ægitudinibus in necessitate ab-
scissionis sue causæ & oppositione ei cum contrario, et post
hæc scis q̄ ex rebus in rememoratione sode iuuantibus est
paucitas comestionis, & potus proprie uini & multitudo
somni, uerum nimia paucitas comestionis in soda calida no-
cumentum affert, augmentum in ipsa faciens, & in uniuers.
salu can. & scias q̄ qui conqueritur de ægitudine frigida in
capite nocetur a uino, & qui habet ægitudinem in uelami-
nibus nocetur ab aqua frigida. Arcul. fercula sint facilis con-
coctionis & paucarum superfuitatum, item comedantur ali-
qua styptica post cibum uapores reprimentia, sicut cydonia-
ta cum speciebus uel pira uel fructus styptici, somnus sit

minor quā in alijs sode speciebus, dormiat leuato capite, loco exercitij fricationes uicem suppleant: animi accidentia uidentur excessiua &c.

Observationes de materie præparatione.

Marcus Catinarius de cura sode phlegmaticæ ab imbecillioribus inquit incohandum ad ualidiora procedendo, Ratio est quia ualde extenuantia in principio exhibitamagis naturam dilatant quam in digerendo adiuuent &c.

Observationes de euacuatione.

Mesues de sod. frig. ab humore melancholico. Tria consideranda sunt in euacuatione, Primum q non semel & multā & subitam faciamus euacuationem, sed per interualla habetē temperiem, ut natura euacuationem non autem euacuationem naturam regulet, nam ex subita ac uiolenta euacuatione uix natura regulariter operatur, sicut impetus flamma quæ subito agit in subtile & prætergreditur crassum, Secundum est q euacuatio sit commensurata non excedens mediocritatem, sed sit extensio eius eleuationis non recedens a gradu medicinarum incolumnium, Tertium est, q non expolientur solutiua a rebus lenificatiuis & humectantibus, nam hæc operationem beatificent. Idem asserit Auice. prima tertij, de ean. uniuers. curat. Adde tamen his tu quartum quoniā quum phlegmagoga indifferenter ab omnibus partibus euacuant, idcirco aliquid quod membrum euacuandum respiciat his semper addere cōuenit, ut uirtus pharmaci ad id tendat quod euacuare intendis, ut si caput capitalia, si pectus pectoralia &c.

Observationes de topicis applicandis.

Gale. 2 de compos. med per loc. cap. 1. In inueteratis capitis Affectionibus ac doloribus ualidis ac frigidis necessario capillos radimus aut ualde usq ad cutem refecamus. Paulus lib. 3. cap. 4. Topica mutantur singula continue, nam uetustate fiunt

inefficacia. Gale. 2. de compos. med per loc. cap. 2. inquit q. in principio morbi a debilioribus est auspicandum, quum statim efficacissima adhiberi nō conueniat. ut supra dictum est.

De Hemicrania.

Ἡμισφαίρια sive ἑρεποσφαίρια est ubi uel in parte sinistra uel dextra dolor capitis accidit qui interdum intensione quandoque remissionem infert, locus doloris interdum extra caluariam percipitur, aliquibus ad capitis usque profunditatem penetrat, quibusdam uero temporum musculos uehementer infestat &c.

Loci consentientes de hemicrania.

Gal. 2. de compos. med per loc. cap. 3. Hemicrania est affectio dolorosa circa dimidiam capitis partem aliquando dextram aliquando sinistram, quae iuxta sutturam secundum eius longitudinem terminatur & ut plurimum exacerbatur.

Auic. prima tertij, hemicrania est dolor in una medietate capitis excitatus &c.

Razes quem multi sequuntur nullum agit de hemicrania caput, uolens fortasse pharmaca quae inueterato capitis dolori medentur, hemicranicis etiam affectionibus auxiliari, sed non mirum, quum nec Apollonius Archigenes & Asclepiades una cum Critone ut refert Gale. scripserint. De loco affecto loquitur Gale. loc. cit. ibi quidam circa temporum musculos dolitant & plerumque sane ipsorum pars hoc modo affligitur, quidam uero dolorem longe ulterius progredientem habent & quidam adeo uehementer dolent ut neque manus contactum facile ferant.

Aet. ser. 6. cap. 49 & aliquibus contingit ut extra caluariam doloris sensum perceptent, quibusdam in capitis profunditatem penetrant &c. Similiter Paulus lib. 3. cap. 5. Quamquam unum idem caput de cephalica & hemicrania ipse faciat.

De causa hemicrania.

Causa est plenitudo uel humorum aut uaporum influxus. Fieri nonnunquam etiam potest hemicrania ab intemperie nuda absq; humorum complexu. sepius tamen sit ex aliarum corporis partium consensu & deniq; ab his omnibus quæ dicta sunt superius de cephalæa.

Loci consentientes de causis hemicrania.

Gale. 2. de compos. med per loc. cap. 3. hemicrania fit ex influxu humorum siue multorum siue calidorum siue frigidiorum causam doloris suggerente. Hoc idē asserit Aet. ser. 6. cap. 49. itidem Paulus. Alex. lib. 1. cap. 18. nonnunquam fieri inquit ex solo temperamento sepius ex consensu aliarum corporis partium & c. negat tamen Auicē. posse fieri hemicraniam a malitia complexionis singularis. i. ab intemperie nuda, sed quum nullam adducat euidentem de hac re rationem, plus tribuendum esse Alex. authoritati asserere in hac re quam Auicē.

De hemicrania indicij.

Quamuis uberius de indicij supra dictum sit quum de Cephalæa uerba fecimus nihilominus ut in summa referā, Græuitas molesta plenitudinem indicat, dolores cum erosione humorum uel uaporum acrimoniam, dolores cum pulsibus inflammationem, dolores uero ad radices oculorum se extendētes, intra caluariam morbum denotant, si uero circa caluariā doleat, dolores extra sunt, de humorum qualitate summi potest indicium, a iuuantibus & nocentibus applicitis & c.

Loci consentientes de hemicrania indicij.

Aet. ser. 6. cap. 48. Dolores cum grauitate humorum multitudinem indicant, cum mordacitate, humorum uel uaporum acridinem, cum pulsu inflammationem & c. & paulo inferius, Dolores quidem in superficie herentes membranæos

caluz ambientis affectionē significat, quibus uero affectio inter caluarian est, dolor es usq; ad radices oculorum procedunt & c. Hoc idem asserit Gal. 2. de compo. med. per loc. cap. 2. & Paulus egi. lib. 3. cap. 5. Auic. prima tertij, cap. 37. quum fiat hemicrania modo a frigidis modo a calidis, frigidos esse dices si cum calefactione quietem inueneris, calidos si quietē cum in frigidantibus & c. Vide etiam de his latius Gale. 3. de loc. aff. cap. 9.

De cura hemicraniz.

Tres sunt in cura hemicraniz intentiones medendi, Prima est euacuatio, Secunda est reuulsio ad deriuatio, Tertia male qualitatis permutatio. Euacuatio fiet uel pharmaco uel uenę sectione, prout eger magis opus habuerit & de his superius uberrime dictum est in capite cephalicę. Reuulsio ac deriuatio per eadem & perficientur ut supra dictum est, Verū ante accessionis tempus hæc perpetranda sunt, iuuat in hoc fricare partem, quę circa temporum musculum est, tam diu, ut excalefiat, præsertim si a frigida causa dolor proueniat.

Mala intemperies siue humorum qualitas per sui contrarium permutabitur ut calida cum frigidis frigida cum calefactis, utr usq; tamen semper ea addenda sunt quę adstringentem facultatem habent, eo tamen seruato, q. in uehementi caliditate modice refrigeres in frigida multum excalefacias, dolor uero sine humorum complexu per alterantia tantum extrinsecus adhibita, curabitur.

Loci consentientes de cura hemicraniz.

Gal. 2. de comp. med. per loc. cap. 3. ubi quis hemicraniam curare aggreditur prius quali purgatione, aut uenę sectione eger opus habeat, consideret, atque ita ad capitis auxilia progrediendo tum per digitos siue manus tum per linteam

dimidiam frontis partem & eam maxime quæ circa temporum musculum est confricando ex calefaciat atq; id ante accessionis tempus faciendum est, post exacerbationem uero phar macis hemicranicis utendum. Quod si multa caliditas in doloribus percipiatur, ijs quæ modice refrigerant, citra uero hanc, ijs quæ multum excalefaciât, uerum utrisq; ex his quæ firmitatem ac robur addunt, misceantur quæ adstringentem habeant facultatem & c.

Auic. prima tertij, cap. 38. Eius cura est phlebotomia & proprie uenæ frontis & temporis, & solutio, & hysteria et attractio, & totum eum eo quod conuenit ipsi ut dictum est, quum periodus adest oportet ut purgetur corpus ante ipsum, & permutetur complexio post purgationem, quod si materia fuerit calida pones narcotica super tempora & c. & paulo infra egritudo cuius tempus est prolongatum est frigida secū dum dispositionem & indiget resolutionem & quod calefaciat cum fortitudine & c.

Alex. lib. 1. cap. 8. Si hemicrania citra materiam ab intemperie fiat, solis extrinsecis utendum est presidij. Si uero cum materia cōsiderandum est quis nam humorum adausus reddū det, quod si sanguis modum excesserit, sectione uenæ utendum si alius humor sortito medicamine statim euacuandus est & c.

De cura cephalæ & hemicranie per consensum.

Si ab uniuerso corpore caput afficiatur, quatuor erunt curandi intentiones. Prima euacuatio aut purgatio, Secunda reuulsio & male qualitatis impressæ repulsio, Tertia erit eius si quid adsit in capite, concoctio, Quarta erit partis affectæ roboratio ac discussio, si uero uni alicui parti condoleat, binæ tantum erunt intentiones, altera, scilicet ad membrum ex quo humores uel uapores mittuntur, altera ad membrum in quo recipiuntur. Euacuatio fiet si multitudo humorum in uenis fuerit

per sectionem uenæ, si uero qualitate tantum humores inualeant purgante pharmaco utemur & c. Reuulsio fiet in partem contrariam reuelendo, repulsio male qualitatis impressæ fiet per sorbitiones aut irrigationes moderate refrigerantes. Coctio eius quod capiti impactum est, fiet per attenuantia & incidentia ut dictū est supra. Roboratio fiet etiā per eadem et ut supra dictum est, Quod uero attenuatum est, & incisum tunc discutendum erit. Si uero una pars mandet & altera suscipiat, quod altera non transmittat stypticis refrigerantibus procurandum, & quod caput, ne recipiat, ijs quæ firmitatem ac robur indunt, utendū erit. Quot modis autem aliquid per consensum fiat lege susus ex Auc. secunda primi, cap. de complendis dispositionibus & c.

Loci consentiētes decura cephalæ & hemicranie.

Gale. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. Si ab uniuerso corpore caput afficiatur prospiciendū intemperie & materia prædominanti instando easq; urgendo & si multitudo humorum circa uenas fuerit uenam seccabimus, si qualitas magis inualuerit purgante pharmaco utemur, quod si uni alicui parti cōdoleat existente calida intemperie, panem ex diluto uino dabimus exhibendo etiam sorbitiones ex alica & foris irrigationes moderate refrigerantes & firmitatem addentes ut dictum est & c. Et paulo superius dixerat si aliunde humor uel uapor deriuat insipientem imprimis repellere necessarium est, Impactumq; concoquere & attenuare, idq; ipsum discutere, & circa partem affectam firmitatem inducere ut ne quid influens amplius suscipiat. De Reuulsione loquitur Hippocra. aphor. 5. aphor. 68. ibi dolenti partem capitis posteriorem in fronte uena incisa prodest. De Coctione Gale. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. ubi inquit, si uero ob crassos & uiscosos humores in stomacho contentos caput doleat, hos extirpabi-

mus acetum mulsum exhibendo aut simplex aut Italianicum appellatum ex hyssopo & origano portionibus & c. Quod uero membrum ne transmittat iubet Razes buccellas panis in succo granati aut uuae acerbae aut horum similium exhiberi, Quae de refrigeridis stypticis opus est in his uti & c.

De his quae laedunt caput.

Gale. 2. de compos. med. per loc. cap. 1. iuxta finem uiticis semen Absinthij succus, lac in potu, Grandes quercinae, oliuae nigrae, Eruum hoc enim articulos dissoluit, Offendunt etiam caput Myrrha, Thus, Hederæ cacumina, Perturbat etiam mentem letisci fructus, crocus, peucedanum cyclaminus sicca cum uino potata, styrax, Medicus potus triditiam discutit, Mulus autem turbulentos somnos efficit & c.

Diosco. laedunt praeter haec, palma, arbutus, ferula, meu, Mandragora uinum gipsatum & c. Auic. praeter haec damnat lac, Allium, Cepas et omnia acrumina. Et prima tertij, de ser. uniuers. sod. omnia aromata siue calida siue frigida, Item damnat carnem uacinam & reliquas carnes crassas fabas auellanas & c.

De pronost. cephalæ & hemicraniz.

Hippoc. aphor. 6. aphor. 10. caput dolenti & circumdolenti pus uel aqua uel sanguis effluens per nares aut os aut aures morbum soluit. B. Intellige si dolor ab inflammatione aut ab humorum multitudine fiat, alioqui si a flatuoso spiritu aut ab intemperie contigerit, non per hos modos sanaretur ut Gale. in commen. Et aphorif. 3. aphorif. 13. Si aestas sicca fuerit & aquilonia autumnus uero pluuosus & australis dolores capitis ad hyemem fiunt. Hoc idem etiam adserit Auic. prima tertij, cap. de uniuers. sermone sode. Et aphor. 4. aphor. 70. Quibus urinae perturbatae quales sunt iumentorum, ijs dolor capitis uel adest uel aderit Ba. Nota ex Gale.

commen. quod quædam urinae longo tempore manent perturbate. quædam cito sedimen crassum habent & cito morbum finiri denotant. quæ uero non resident, si uires adsint longum fore morbum prænuñtiant si imbecilles egri mortem prædicunt. Auic. similiter de his pertractat de signis nunciatiuis de cap. 8. ibi urina similis minorum urinis sig. quod soda fuit aut fit aut erit, & similiter rubedo urinae et subtilitas eius in febribus & hora crisis significant pmutationem ad caput & c.

Hippoc. aphor. 6. aphor. 51. Quicumq; sani dolore capitis repente capiuntur & statim muti fiunt & stertunt in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit & c. Et. 3. pronost. cap. 7. capitis dolor uehemens & continuus cum febre. siquid ex indicijs extiterit exitiosis, lethalis admodum est & c. Hoc idem etiam habet de coactis prænotionibus & plura multa. Et. 3. pronost. cap. 12. Si quis per febrem non exitiosam dixerit caput dolere, aut etiam tenebricosum quid ob oculos obuersari, si uentriculi dolor in eo extiterit biliosa uomitio aderit & c. et post hæc tres capitis dolorum diff assignat, ibi si quibus horum caput dolor & c. lege fusius & plura inuenies ad hanc rem utilia. Arcul. Dolor capitis continuus prolongatus frequenter ad cerebri abscessum aut cecitatem egrum perducit, Item cephalalgia in febribus continuis quæ non inclinante febre remittitur phrenitidem pronunciat Hippoc. 3. de morbis circa principium, quum grauis capitis dolor repente per exordia mutum facit præsertim cum temulentia hic in septem diebus perit. Habes etiam plurima pronostica ex prædictione secunda ipsius Hippocratis quanquam esse Hippocratis librum falso ascribant nonnulli & c.

**Authores erronei dissentientes circa
dolorem capitis.**

1 Adserere cephalicam a cephalalgia non differre.

126 DE CONSENSV MEDICORVM

- 1 Adferere alterationem esse solam tantummodo causam doloris cum Auerro.
- 2 Adferere humidum quatenus humidum nullo modo efficere dolorem.
- 3 Adferere solutionem continui esse solam tantummodo causam doloris.
- 4 Adferere q. tenues urinae dolores capitis significant.
- 5 Adferere sectionem uenae non in omni capitis dolore conuenire.
- 6 Adferere reuulsionum modos esse sex tantum & non plures.

Confutatio dissentientium circa dolorem capitis.

Ad primum Gale. 3. de loc. aff. cap. 9. constat q. sicut in cephalalgia, ita et in cephalaea caput facillime afficitur, atq; hoc est ipsis commune, uerum per cephalaeam affecte partes multo debiliores quam in cephalalgia redduntur igitur intense differunt.

Ad secundum Gal. 2. de comp. med. per loc. cap. 1. dictum est ob dissolutionem continuitatis similarium partium dolorem oboriri, Dissoluunt enim erodentia dissecantia distendentia & uehementer calefacientia & refrigerantia & c. Si igitur dissolutio continui causa est doloris non ergo sola tantummodo alteratio & c.

Ad tertium Gal. in arte med. cap. 80. Alteratur substantia a caliditate frigiditate humiditate siccitate, itidem adferit, secundo de uic. in morbis ac. com. 1. igitur humiditas alterando efficiet dolorem, quod intelligendum est si non per se saltem hoc efficere per accidens.

Ad quartum Auic. prima tertij. de uli ser. sod. Causa doloris aut est mala complexio aut solutio continui aut utraq; sicut in apostemate. itidem aut Gale. 11. meth. cap. 7. necesse est ut affectus qui dolorem excitat uel diuisio sit uel alteratio & c.

ut idem in art. med. cap. 80. igitur non sola solutio continui est
causa tantummodo doloris sed etiam alteratio.

Ad quintum respondet Gal. aphor. 4. com. 70. esse falsum
quod urinae tenues sint κεφαλαλγικα. i. dolorem capitis signifi-
cantes &c.

Ad sextum Hippoc. aphor. 5. aphor. 68. Dolenti partem ca-
pitatis posteriorem in fronte recta uena incisa prodest, Qua de-
re si non ratione euacuationis, ratione tamen auersionis ne ali-
quis abscessus fiat semper conueniet.

Ad septimum Gal. 5. meth. cap. 3. Reuulsio in his que supra
sunt omnibus, deorsum semper agitur, sursum in ijs que sunt
infra. Præterea a dextris ad sinistra, sicuti ab ijs rursus ad illa,
similiter ex ijs quæ intus sunt ad ea quæ foris habentur & sic
sunt sex modi, sed hic Gale. reticet modum de ante & retro,
quem aphor. 5. comm. 68. recitauerat & sic sunt octo.

De phrenitidis descriptione.

Phrenitis duplex est uera & notha, uera est inflammatio
membranarum cerebri cum febre acuta delirium & mentis
percussionem inducens mendosa quæ paraphrenitis dicitur,
est non inflammatio cerebri uera a consensum totius uel ali-
cuius partis dependens, Phrenitidis tres sunt differentiæ, Alte-
ra qua læditur cogitatio & seruetur ratio & memoria, Secun-
da in qua solum læditur ratio, seruata imaginatione & me-
moria, Altera in qua læditur memoria, ratione & imagina-
tione seruata, Quarta etiam addi potest, in qua nihil horum
seruatur. Si igitur imaginatio læditur tunc pars sincipitis læ-
sa est, si memoria pars occipitis, si ratio medius uentricus
læsus &c.

Loci consentientes de phrenitide & eius diff.

Gal. lib. finit. med. Phrenitis est mentis delirium cum febre
acuta ac flororum collectu & mentis emotione, Paulus lib. 3.

cap. 6. ἰ φρενιτις φλεγμονή των μηνυων εστιν. Auic. pri. tertij. tra. 3. ca. 1. charabitus. i. phrenitis est apostema calidum in uelamine cerebri subtili ac crasso absq; corpore cerebri, licet quandoq; cerebro accidat, uocatur etiam, ab ipso sisen calidum. Quod uero fiat cum acuta febre lege Hippoc. lib. 3. in epidemicis morbis ibi φρενιτις. Græci dicunt qui cum febre acuta desipiunt, Μακροεκε uero qui citra febrem insaniunt. Hoc idem sentit Gale. 5. de sympt. cau. ubi inquit delirium esse motum principis facultatis deprauatum a prauis succis, siue a cerebri intemperie ortum habens cui si febris accesserit phrenitis uocatur, si citra febrem mania &c. Quod uero tres sint uel quatuor phrenitidis differentie. Inuit Gale. 4. de loc. aff. cap. 2. ubi inquit tres sunt differentie duæ quidem simplices ex quibus tertia componitur. Prima quæcumq; oculis offeruntur, quantum ad sensitiuam notitiam pertinet, recte iudicat, cogitando uero a naturali iudicio aberrat, Secunda recte cogitat, sed a sensibus difformiter mouetur, Tertia quæ simul & sensus & cogitationis uitio laborat. De memoria amissa in hoc causa habes ex Galeno exemplum de quodam qui cum matellam petiuisset, meiere tamē neglexerit, aut qui lotiū emisisset matellam prodere non meminert &c. Quod uero quarta species siue differentia addi possit habes ex Auicenna capite de signis charabiti. De his etiam mentionem facit Aet. ser. 6. cap. 2. ibi proinde anteriore cerebri parte lesa imaginatio solum peruertitur &c.

De causis phrenitidis.

Causarum aliquæ antecedentes, aliquæ coniunctæ, antecedentes sunt succi calidi ueluti sanguis & utraq; bilis in cerebri membranas penetrantes. Coniunctæ sunt iidemet succi inflammationem ad actum deducentes. Paraphrenitis uero fit a uaporibus calidis & mordacibus, a toto uelut in febre acuta ad

ta ad caput elatis, interdum fit etiam a simplici & nuda alteratione, interdum affecto diaphragmate uel alia quapiam corporis parte. Verum ea quæ a septo transuerso, prouenit, adeo similis ueræ phrenitidi existit, ut quis facile in hoc decipi possit & c.

Loci consentientes de causis phrenitidis.

Gal. 5. de sympt. cau. cap. ult. Phrenitis non solum ob calidos succos uel calidiorem cerebri temperaturam accidit, sed quum phlegmonem in cerebro uel in ipsius membranis, ij succi pariunt & c. Paulus lib. 3. cap. 6. Causa morbi est sanguis exuperans uel biliosus humor, interdum flaua bilis adeo perusta ut in nigram degenerauerit quæ etiam grauissimã phrenitidem contrahit & c. Gale. 5. de loc. aff. cap. 4. Atq; delirare etiam solent nonnulli ob uitium quod in ore uentriculi consistit & febribus ardentibus & pleuritide & peripneumonia, sed quæ ob septi transuersi accidunt deliria non multum distant a phrenitide.

De phrenitidis indicijs.

Quum tria sint phrenitidis indicia, Præcedentia, s. demonstratiua ac rememoratiua, de præcedentibus ac demonstratiuis hic tantum mentionem facimus. Signa præcedentia sunt, uigilia prolixa, somnus turbulentus, bliuio agrestis, dolor capitis promptitudo ad iram & odium, alius adstringitur, urine sunt tenues, biliosum humorem ad superiora petentem demonstrantes. Signa demonstratiua sunt sex, ut febris continua conclusa, magna capitis & oculorum grauitas, uehemens in facie & oculis rubor, dolor capitis, horror luminis, & pulsus frequentia cum durtie. Signa inter ueram & spuriam interstinguentia sunt, ut siquid ex dictis sex defecerit, non amplius sit uera, sed spuria, Præterea si ab altera corporis parte uel a toto ut in febribus fieret,

tunc mendosa est, nam febre curata etiam ipsa curatur. Præterea mendosa statim fieri solet, uera autem paulatim accedit. Signa causarum sunt, nam sanguine peccante, oculorum aderit rubor, uenæ sanguine tume factæ, risus, motus morbi uniformis (uniformiter moueri inquam quum nec de tertio in tertium, nec de quarto in quartum accessionem habet) sanguis de stillat e naribus, somnus lōgus, imaginationes rubæ. Signa bilis sunt audacia, temeritas, oculorum uultusq; flauities, uigiliæ multæ, linguæ ariditas, qui uero tam inaniter seuiunt ut coerceri nequeat, ijs ab atrabili phrenitis procedit, De signis quæ affectam particulam demonstrant superius dictum est. Signa inflammationis in cerebro aut in eius membranis sumuntur ex dolorum ac oculorum affectionibus, nam maior est dolor quum in membranis inflammatio existit, quam in cerebro &c.

Loci consentientes de signis phrenitidis.

Gal. s. de loc. aff. cap. 4. de omnibus his signis mentionem facit ibi interdum uigiliæ præcedunt, & somnus manifestis imaginibus turbatus ita ut clament, & exiliant, interdum adeo agrestis obliuio ut ne meiere sed nec matellam proderememinerint &c. lege susus & inuenies multa a me pridem recitata leges etiam in hoc capite differentiam inter ueram & mendosam phrenitidem.

De signis sex demonstratiuis loquitur Razes. 9. almans. ibi quum aliquem febris conclusa continua inuaserit cum forti capitis & oculorum grauedine, & in facie atque in oculis uehemens fuerit rubedo & capitis dolor, & horror luminis fuerit, & in pulsu uelocitas, & frequentie superfluitas, sunt certissima phrenitidis indicia, Quod si lingua fuerit nigra uel citrina & permisceatur intellectus et multum fuerit alienatus & multū uigiliauerit, iam phrenitis perfecta est &c.

Sed Gal. 1. prorrhēt. commen. 4. a principio usque ad finem methodum inueniēdi phrenitidis indicia docet, ubi quæ propria quæ ue inseperabilia esse signa dicantur facile intelliges. De paraphrenitide loquitur Paulus lib. 3. cap. 6. ibi. Quæ consensu stomachi gignitur, non est phrenitis, sed hoc solum putā delirium, facit etiam mentionem de signis causarum, ibi quibus sanguineus humor morbum facit, ij cum risu insanunt, quibus flaua bilis, ferociter, quibus atra tam imaniter se uiunt ut coerceri nequeant &c.

De uera ac mendosa phrenitide loquitur etiam Cornel. cels. lib. 3. cap. 18. ibi phrenitis tum demum est quum continua dementia esse incipit, sed perfecta est, ubi mens imaginibus addicta est &c. Itidem Gal. aphorif. 7. commē. 14. Desipientia agnoscitur loquentibus agentibus ue nihil consentaneum rationi &c. lege etiam de his Hippocra. 3. de morbis circa principium &c.

De cura ipsius phrenitidis.

Considerandum in primis num facta uel fienda sit inflammatio, quod si non facta prohibendum ne fiat, his uidelicet quinque modis, Primo cum uiclu tenui ac alijs sex rebus non naturalibus in contrarium ordinatis, Secundo reuulsione & deriuatione, uel si adsit plethoria euacuatione, Tertio repulsione, Quarto sanguinis & aliorum humorum alteratione, Quinto euacuatione, Regimē sex rerum non naturalium tale sit, primum quiescat in aere puro ac temperato, nec in thalamo sint picturæ, uiclus sit in primis tenuis ad frigidū decliuis, abstineat a potu aque frigide præserti si morbus in septo transverso fuerit, sed potus sit aqua hordeacea cum oxymelle. Reuulsio fiet per sectionem uenæ cephalicæ. Deriuatio per hyrudines naribus applicitas, uel per sectionem uenæ in fronte uel per caustica quædam uesicatoria nuncupata. Euacuatio

nimia existente plethoria fiet incipiendo a saphenis deinde a communi & a basilica. Repulsio fiet per epithemata instillationes & cetera topica prout supra relatum est in cura cephalæ calidæ. Epithemata fient cum oxyrhodino, Quod uacuo modo parari solet, Nam aliqui aquæ rosacæ ad alia ingredientia portionem duplam immittunt sicut ℞ aquæ ros. ℥. viij. olei. ros. & aceti ana. ℥. ij. Alij uero uolunt ut ex his tribus aliud sit subduplum ad reliquum ut uerbi gratia ℞ aquæ ros. ℥. viij. olei ros. ℥. iij. aceti. ℥. ij. Alex. uero quintâ aceti partem oleo ros. adiungit. Alteratio sanguinis uel bilis fiet per in frigidantia styptica et hæc perficitur per cibum aut potum per iuleb aut Sy. uocatos aut confectiones, Cibi sunt frigidi styptici, Potus sit uinum granatorum malorum uel cydoniatus succus omphacium. limones & arantia mala. Iuleb sit rosaceum uel cum aliquibus Sys. concinnatum miscendo unaquas uel decocta plantaginis solatri portulacæ cicorij. uel sicparetur, Accipe sy. de acet. citri. ℥. iij. Sy. de papauere. ℥. ij. aquæ ros. florum nenupharis cicorij ana. ℥. v. uini granatorum. ℥. i. uini cotoneorum malorum. ℥. s. fiat iuleb cum sandalis rubris aromatizatum. Syrupi sunt sy. de ribes de limonibus de succo acetosæ sy. rosaceus uiolaceus de papauere de citro de agrestia oxysachara sy. de granatis. Confectiones sunt conserua ros. uiol. boraginacea, diacoralis diarhodon abb. & c. Eucatio fiet si morbus sit sanguineus per sectionem uenæ ut supra retulimus si uero biliosus per pharmacum cholagogum, quod fiet per electuaria uel pillulas uel potus prout opus fuerit, de quibus supra in capite cephalæ fusius pertractauimus, Peculiaris tamen est aqua fructuum mes. distin. 7. Antidotarij & infusio rheubarbari & c.

At si inflammatio facta sit tunc duo erunt medendi scopi, alter ab materiæ fluxu resolutionem, alter ad tollenda sym-

ptomata. Resolutio materia ita fiet, primo euacuando materia exuperantem cum rhabarbaro Myrobalanis uel pillulis iam dictis, Secundo resoluendo cum topicis temperate caliditatis sicut cum columbis, pulmone arietis & catulis scissis ac euisceratis cum natua eorum caliditate, aut aduentitia præsertim parata cum rebus anodinis modice calidis ueluti sunt uiolæ maluæ melliloti folijs lauri corticibus papaueris camomilla anetho folijs senæ & stechade & c. Remotio symptomatum fiet si uigiliae adsint cum somnum prouocantibus ueluti cum sy. de papauere cum lotionibus extrinsecis soporiferis, ut cum corticibus capitum papaueris albi, cū hyosciamo floribus nenupharis uiolis anetho, & cum folijs uitium salicis lactuæ mandragoræ rosam populi & c. uel cum seminibus papaueris albi, aut semiscrupulo pillularū de cynaglossa & c. Quod si retineatur urina, eam prouocabimus cum oleo scorpionum inungendo circa uescicæ regionem uel cum cataplasmate ex paritaria & c.

Loci consentientes de cura & primo de regimine.

Auicenna prima tertij, cap. de charabito loquens de regimine sex rerum naturalium inquit & fac eum quiescere in domo temporata & in aere puro.

Obiectio.

Aer esse debet frigidus quum sit morbo contrarius & cordis intemperiem magis euentet. Quomodo igitur erit temperatus ut Auicenna.

Responsio.

Aer ratione morbi potestate debet esse frigidus, sed non actu quia per os ac meatus cutis nimium constiparet, Calidus uero nimium caput repletet & resoluendo vires debilitaret, Quare magis temperatus esse debet quàm frigidus. Hoc etiã

habes ex Gale. 10. meth. & ex Alex. & Raze. 1. cōtinentis. Me
sues cap. de phrenit. & Auic. loco citato, Domus in qua loca
tur patiens sit exuta a formis & luciditate, nam phreniticus
intueri eorum imagines diligit & ex earum intuitu leditur
cerebrum.

Obiectio.

Quomodo hic luciditas prohibentur quam Alex. cap. de
phrenit. dicat q. magis lucidus debeat esse aer quā obscurus.

Responsio.

Si patiens ex tenebris timorem concipit, aut amoto lumi
ne in imaginationes incurrat aer esse debet lucidus si uero ecō
tra in obscuro quiescat, Vide in hoc casu Corn. cels. lib. 3. cap.
18. De uictu loquitur Paul. lib. 3. cap. 6. inquit, Cibus pri
mum esto aqua mulsa, deinde ptisana cremor & sorbitiones
excondro cum quadam dulci potione ut rhodomelīte, panis
quoque aqua lotus recte exhibetur, similiter intubum lactuca
elixa, ab aqua frigide potu arcendi sunt præsertim si septum
trāuersum consortij lege malo dedisse originem cognoueris.
Razes similiter. 9. almā. Nutrimētum eius sit aqua hordei se
mel aut bis in die sumpta secundum consuetudinem quam in
tempore sanitatis habuerit Arcul. iubet ptissanam quater in
die esse sumendam, Auic. incipe nutrire ipsum subtili nutria
mento ita ut sis contentus oxymelīte deinde permuta ipsam
ad aquam hordei subtilem cum oxymelīte, deinde permuta
ad crassum & considera agritudinem & uirtutē, & loquens
de potu aliena inquit eos ab aqua uehementis frigoris.

Obiectio.

Dogma Auic. de cibandis agris omnino contrarium uide
tur Hippocra. 1. aphorif. Nam iubet q. a principio morbi ui
dus sit crassior & uersus statum sit tenuior hic uero contra
iubet primum q. sit tenuior & uersus statum crassior.

Responsio.

Modus cibādi in morbis acutis cum apostemate est diuersus ab eo qui tantum in morbis acutis sine apostemate fieri solet. Nam morbus acutus cum apostemate requirit in principio uictum tenuiorem ut membra magis consiciant & retineant & motus humorum ex hac retentione supprimatur, hoc; habetur ex ipso Auic. fen. 16. cap. de cura fluxus cum exoriatione & cap. de tinesmo: sed in alijs morbis acutis seruat uatur dictū Hipp. De diuersione ac sectione uenae loquitur Gal. 13. meth. cap. 21. ibi, itaq; incidenda est in talibus affectibus uena statim ab initio, si modo tam ualens fuerit uirtus ut sine noxa missione sanguinis tolleret & paulo post, & hoc utriq; uitio commune est & ei quod cum sopore & ei quod cum uigilijs incidit & c. Similiter Mes. cap. de phren. In primis si nihil prohibeat phlebotometur cephalica deinde phlebotoma uenas frontis, uel sanguifugas naribus applicato & c. Razes. 9. alman. Aegro igitur antequā praedicta compleantur accidentia est subueniendum ex sanguinis detractione & uentris solutione cum succo fructuum & c. Aduerte q; Azaraius non uult fieri sectionem uenae in biliosa phrenitide sed tantum hemorrhoidarum prouocationem. Auic. prima tertij, cap. de cura charab. fiat phlebotomia ex cephalica & egressio sanguinis aliquantula imo multa ualde, Deinde phlebotoma uenas frontis & c. & cum phlebotomaueris tum oportet ut ipsum chysterizes chysteri ualde leni cum oleo. s. rosaceo et aqua hordei deinde traher materiam ad interiora cum frictione pedum & c.

Obiectio.

In principio morbi conueniunt ne frictiones &

Responſio.

Dico q; repletionem imminente ne materia plus agitetur quam auertatur non conducere, sed remota hac causa si fuerint debiles frictiones & a longinquis partibus incepte forte

I 4

conducent &c. De hac sectione omnes fere practici loquuntur similiter Cor. Cel. lib. 3. cap. 18. ibi, Quod si uires patientur aegri sanguis quoq; mittendus, Itidem aut Aet. ser. 6. cap. 2. &c. De repulsione loquitur Gal. 13. meth. cap. 21. ibi, Comune prætere a utriusq; est ut oxyrhodinum in principio admoveas &c. Similiter Auic. prima tertij. cap. eita. ibi & pone super caput eius in principio oleum rosaceum cum aceto in frigidatum niue &c. & oportet ut in principio administres repercussiva pura, nisi sit de genere magno ex quo apostemantur uena que sunt extra caput, &c. Nam in morbi augmento pura non conueniunt. sed cum resoluentibus mixta &c. Itidem fatetur Cor. Cels. loco citato ibi conuenit caput adcutem tondere &c. De alteratione per syrupos & confectiones habes plura ex Mes. Arcul. Marc. Cat. Saonarola &c. Similiter de euacuatione nam Arcul. si cholera fuerit in causa euacuationis eam cum medicina leniente, que etiam digesta materia erit, reiteranda &c. De remotione accidetium loquitur Cor. Cel. lib. 3. cap. 18. ibi si nihilominus uigilent hi, Quidam somnum moliantur potui dando aquam in qua papauer aut hyosciamus decocta sit, & paulo post, seruanda est alius quam terrima, remouendi terrores & potius bona spes afferenda, querenda delectatio ex fabulis ludisq; quibus capi maxime sanus assueuerat. Paul. lib. 3. cap. 6. Quod si urina ipsi delirij uitio cohibeatur, calentis hydrelei imbre pubem & uesticam fouebimus, Itidem ait Auic. loco citato inungens oleo pubem tepido.

Observationes de uenæ sectione.

Auic. prima tertij, cap. de charab. inquit q; phlebotomia fieri debet ex cephalica seruatis quatuor conditionibus. Prima q; nihil sit q; prohibeat sicut tempus anni, et as, robur uirtutis &c. Secunda q; copiosa fiat si a sanguine phrenitis de-

penderet. pauca si ab alio humore, ibi cholericum indiget in sui cura educatione cholera plurima & phlebotomia minore & cum cautella & c. Tertia q̄ cauenda est syncope ita ut ne actu accidat. Quarta q̄ sit cautella in ligando ne ex magna commotione fieret hyppospasma. i. uenæ ruptio. Halyab bas unum tantum aduertit ut ne post tertium diem sui euentus fiat uenæ sectio, hoc idem uidetur attestari Hippoc. in eo aphorismo Medicari in ualde acutis si materia turget eadem die tardare. n. malum est. Auic. loc. cit. uidetur etiam inuere q̄ uniuersalis uenæ sectio particularem præcedere debeat, obseruatis tamen tribus cōditionibus, Prima q̄ uirtus sit ualida, Secunda q̄ dispositio capitis hanc requirat, Tertia q̄ seua acidentia non adsint & c.

Observationes de repulsione.

Auic. de cura charab. conuenit oxyrhodinum niue infrigidatum & non calidum.

Obiectio.

Quomodo frigidum si Aet. ser. 6. cap. 2. dicat caput rosaceo tepido irrigetur, nam in cerebri membrana inflammata frigiditas rosacei non est tuta.

Responso.

In phrenitide duplex esse potest medendi scopus quatenus ad topica, alter. s. ad inflammationē, alter ad reliqua indicantia, si igitur ad inflammationem tantum sit tua intētio tunc oxyrhodinum conuenit actu frigidum, si ad reliqua indicantia tepidum & c.

Observationes de euacuatione.

Mes. in cholericā phrenitide statim fiat euacuatio cum aqua fructuum, nec in mora sit medicus, nam induciæ nō dantur in preparanda materia unde uersus: Sinocha cum colica

phrenesis squinantis & antrax,

Materias crudas euacuare iubent.

Et de topidis loquens inquit scito quod sanguinea indiget resolutione plus & extinctione minus, Colerica uero e contra, hoc idem ait Auic.

De pronosticis phrenitidis.

Hippoc. aphor. 6. aphor. 53. Desipientia quæ cum risu fit, sunt securiores, quæ uero cum studio periculosiores. B. securior. i. minus periculosa & hæc fit a sanguine, sed quæ fit a flauabile timor est ne exusta insaniam satis furiosam generet & c. Et aphor. 2. apho. 2. ubi somnus delirium sedat: bonum, B. hoc delirium non fit patiente cerebro, sed tantum a caliditate nuda, unde mirum non est si id somnus de medio tollat. Et aphor. 7. aphor. 12. A pulmonis inflammatione phrenitis, malum, B. etiam e contra malum est si ex phrenitide inflammatione pulmonis sequatur. Verum quod tunc phrenitis mala est quum ad cerebrum permutatatur, uel si adeo excrescat ut meningæ cerebri patiantur. Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. Phrenitis mitior est quum a pallida bile ortum contraxit, uehementior quum a flaua. ferina uero quum a flaua bile perassata. Hippo. pronost. 1. cap. 9. Qui in febre acuta aut delirio aut pulmonia, aut capitis dolore, manus subinde ad os, fert, aut frustra uenatur muscas aut colligit festucas aut euellit pillos id exitiale est. B. lege sicut Gal. commẽ. de delirio. Et Hippoc. aphor. 4. aphor. 72. Quibus urina alba & perspicua, male præsertim si in phreneticis appareant. Et Auicẽ. prima tertij, cap. de charab. nullus uisus est habẽs apostema in partibus cerebri cuius urina fuerit aquosa qui euaserit. Nam tunc aquosa esse dicitur urina, quum teste Gale, perspicua simul sit & alba. Hæc enim magnam cruditatem ac flauam bilem ad caput solummodo rapi ostendit & c. Mesu. cap. de phrenit. cura huius agritue

dinis si iam impresit cassa est, si uero adhuc perfecta non est curatur, sed non apud negligentes & stultos medicos &c.

Authores erronei dissentientes circa phrenitidem.

- 1 Adferere, cerebri substantiam nullo modo posse inflammari ut Serapio.
- 2 Adferere, phrenitidem absq; febre fieri posse.
- 3 Adferre, paraphrenitidē a nuda caliditate non posse effici.
- 4 Adferere, phrenitidem a sanguine exortam non esse signum periculosum.
- 5 Adferere, aquam frigidam in phrenitide posse exhiberi ut Razes.
- 6 Adferere, in omni phrenitide sectionem uenæ non conuenire.

Confutatio dissentientium circa phrenitidem.

Confutat primum Auice. cap. de charab. dicens, Quidam medicorum existimant q. ipsum cerebrum non apostematur, quia quod lene est ut cerebrum uel durum ut ossa non extenditur & sic non apostematur, sed hic sermo est erroneus quoniam lene uiscosum extenditur & ossa etiam apostemantur &c. quod intelligendum est per uiam congestionis, non autē per uiam rheumatis, & hoc idem sentit Auer. 4. collig. & Gale. 6. aphor. com. s. 3. ibi, fiunt omnes patēte cerebro &c.

Ad secundum Gal. 3. de loc. aff. ca. 7. Igitur quemadmodū phreniticis febris unum quoddam accidens dispositionem cerebri censetur, sic e conuerso in ardentium febrium demencia, multis elatis ad ipsam uaporibus. Idem sentit Hippoc. in epid. mor. & Gale. 5. de sympt. cau. &c.

Ad tertium Gal. 6. aphor. comm. s. 3. loquens de paraphrenitide inquit, Quæcumq; n. ex sola caliditate sine humore uisioso fiunt, similes quodammodo sunt eis quæ ex ebrietate contingunt igitur quedam fiunt a nuda caliditate,

Ad quartum Gal. aphor. 2. commen. 2. sed satis fuit ei periculosissimum morbum phrenitidem nominare, & aphor. 6. commen. 53. nulla inquit desipientia secuta est, igitur nec a sanguine exorta.

Ad quintum Auice. prima tertij, cap. de charab. & Alex. cap. de phrenit. Gelida autem aqua quoniam parum frugi omnino uitanda, nam internæ phlegmoni nocet delirium; auget & omnia in deterius conuertit, mater i. e. q; resolutionem prohibet & neruis nocet & sic nullo modo conuenit.

Ad sextum conueniunt Alexan. Razes. & deniq; omnes q; fieri debeat si non euacuandi saltem reuellendi gratia & hoc in principio morbi, cauendo ut supra.

De lethargi descriptione & loco affecto.

Lethargus est dormiendi inexpugnabilis quædã cupiditas, eoq; λισαργος dictus est, quod ab accidente. i. ab obliuione frigidum cerebri apostema sequente fiat, unde & alias ueteranus morbus uocatur, eo quod qui tali egritudine laborant, æterno ueluti sopore afficiantur, fitq; hic morbus uel in meatibus substantiæ cerebri, & hoc ut plurimum, uel fit in paniculis uel in eius substantia, et hoc raro admodum contingit, in uentriculis uero cerebri nequaquam, Qui si fieri contingat, non amplius lethargi nomen, sed potius apoplexiæ uel epilepsiæ obtinet, fitq; ut plurimum in occipitio, interdum in sincipiti uel in medio, sed raro admodum.

Loci contentientes de lethargo.

Galæ. lib. finit. med. Lethargus est delatio in somnum non facile excitabilem, quæ cum coloris uitio & flatuoso ædema te, nec sine ipsarum quoq; solidarum partium, repulsiuici spiritus languore prouenit fere indebili febre ac maligna. Auic. prima tertij, cap. 16. lethargia dicitur apostema phlegmaticum intra cranium factum & est firsen pituitosum & c. Et hæc.

quidem ægritudo nominatur nomine sui accidentis, idest ab obliuione apostemâ cerebri sequente & c. Cel. lib. 3. cap. 20. In lethargo marcor est ac inexpugnabilis pene dormiendi necessitas & c. De loco læso loquitur Paul. lib. 3. cap. de leth. ibi, το ποῦ μὲν ἐχει τὸν αὐτὸν τῆ φρενιτιδῆ, φησι τὸν ἐγκεφαλον & c. Auice. prima tertij, cap. 16. Et plurimum quidem fit in meatibus substantiæ cerebri, & raro in uelaminibus & substantia cerebri quia phlegma raro penetrat paniculos cerebri propter eorum duritiem, & propter eius uiscositatem & c. Gale. 3. de loc. aff. cap. 5. In lethargo & in omnibus soporosis affectionibus ratio & memoria percunt. Quare quum memoria in occipitio & ratio in medio uentriculo reponatur, hoc sequi necesse est lethargum .s. plerunq; in his duobus locis contigere & c.

De lethargi causis.

Quum cerebrum primario affectu laborat binas tantum causas antecedentes & coniunctas habere dicitur ex quibus procatartice intelliguntur, antecedentes sunt uehementia frigora cum multa humiditate complexa, sicut in pituita & in nimia repletionem cernitur, uel antecedentes dicuntur quæcūq; pituitosum humorem generare possunt, sicut comestio fructuum & cepearum aut nimia potio. Cause uero coniunctæ sunt humores lethargum ad actum producentes, si uero cerebrum per consensum afficiatur, tunc uel fit ex mutatione alius acuti morbi uelut a phrenitide & a febre continente uel ab stupefacientibus pharmacis nimis refrigerantibus cerebro adhibitis, aut fit a diaphragmate, uel ab aliquo alio uiscere affecto. Verus igitur lethargus a pituita tantum fit, notus uero a pituita cum bile admixta, in capite putrescente, oboritur, unde symptomata habet etiam admixta.

Loci consentientes de causis lethargi.

Gale. 3. de loc. aff. cap. de morb. comit. lethargus ortum trahit a uehementi frigore. Et. 2. aphor. commē. 3. somnus inquit fit refrigerato primo sensitiuo. i. cerebro, quæ refrigeratio si mixta fuerit humiditati facit lethargicas passionēs, si cum sic citate *καταληξις*. Et. 4. de sympt. cau. cap. 8. fit lethargus a frigida multa; humiditate grauāte. Vide etiam Gal. 2. de loc. aff. cap. ult. Nam ibi quotquot inquit affectus sunt soporosi ac somnolenti tot omnes a frigida causa oriri. Itidē. 3. de loc. aff. cap. 5. Paulus lib. 3. cap. de leth. ex pituita quæ frigore nimio et humiditate cerebrum imbuerit, contrahitur. Auic. prima tertij, cap. 16. Et hæc aegritudo generatur ab omni quo generatur humor phlegmaticus & in quo sunt euaporatio & putrefactio & c. Et plurimum inquit generatur ex comestione ceparum & ex nimia repletionē stomachi & multitudine potus & comestione fructuum intellige frigidorum humidorum.

Obiectio.

Quæ damnat cepas Auic. quum ex sua caliditate potius proficere, quam nocere deberent. **Responsio.**

Considerat incepis duas esse partes, quasdam. s. crassas ex quibus pituita generatur, & quasdam acres quæ euaporatio nem ad caput mittunt, Quæ simul unite potius capiti nocent quam profint. De causis per consensum loquitur Aet. ser. 6. cap. 3. fit lethargos ex mutatione alicuius acuti morbi ut ex phrenitide & a continente febre & ex alijs plurimis morbis in quibus præsertim euacuationes sequuntur sunt & c. Gale. lib. finit. med. lethargus euenit partim affecto principio. i. cerebro, partim ab sceffu. Alex. lib. 1. cap. 20. si pituita sola deliquerit lethargiam ueram introducit, Notham uero pituita cum bile mixta in capite putrescente, & sunt in ea symptomata permixta.

De lethargi indicijis.

Indicia lethargi sunt. ut dolor leuis quasi extendens, febris lenta, somnus grauis, obliuio uehemens, respiratio imbecillis & rara, crebra oscitatio, singultus ob stomachi consensum, albedo linguæ, pigritia in motu palpebrarum, pulsus rari & tremuli, aluus interdum humida, interdum sed raro arefcit, urinae quales iumentorum, interdum tremores & sudores apparent &c.

Discrimen phrenitidis & lethargi ex Auicenna.

Vterq; affectus similis in hoc esse uidetur q; patientes aliana ac uaria loquuntur. Differunt uero quadrifariam. Primo quia in lethargo somnus est grauis, in phrenitide paucus uel nullus, Secundo lethargici in suis lectis precipitati iacent, phrenetici resurgunt, Tertio in lethargo pars posterior, in phrenitide anterior leditur, Quarto in lethargo est febris lenta leuisq; dolor capitis, in phrenitide uero uehementia sunt omnia &c.

Discrimen lethargi & apoplexiæ, sincopis & uteri strangulatus.

Differt lethargus ab apoplexia ex eo q; lethargus paulatim ac pedetentim fiat apoplexia uero statim, differt ab uteri strangulatu, quum excitatus respondeat, strangulata minime, differt a sincopi quum in lethargo facies sit uiuida in sincopi ueluti mortua, differt a subet & congelatione per febrem quæ nec in subetia uel congelatione accidit, intellige præsertim si ægri tudines & non accidentia per se sint.

Loci consentientes de signis lethargi.

Paulus lib. 3. cap 9. In lethargo adest febris lenta non admodum acris, cum animi in somnū profunda delatione, pulsus magni turbulenti, respiratio rara & imbecillis, & cetera omnia a me exposita. Auic. similiter prima tertij, de signis

leth. tibi sōda leuis febris lenta, necessaria enim est febris in omni apostemate factō ab humore putrefacto et propter hoc seperatur a subet & c. Vide insuper Gal 5. de loc. aff. cap. de se pti transuersi affectibus & 3. de loc. aff. ca. 5. Itidem Aet. ser. 6. cap. 3. ibi proinde cōsiderare oportet speciem delationis in somnum & c. De signis discriminum lethargi cum phreniti- de apoplexia, & ceteris similibus lege ex Auice. Arcub. Sauo narola, & ab ipso Gordonio.

De lethargi cura.

Scopi in curando lethargum quinq; enumerantur. Primus euacuatio, Secundus reuulsio, Tertius materie repulsio, Quartus symptomatum emendatio, Quintus uiculus ratio instituen- da. Euacuatio si adsit repletio, aut pituita cum sanguine abun- dauerit fiet per sectionē uenæ cephalicæ, Quod si minus san- guis redundet, per phlegmagogum per secessum uel per uomi- tum aducens moliri potest, Educunt pituitam hiera simplex hiera composita, Pillulæ chochiæ, electuarium indum et quæ- cunq; in cephalica ab humore frigido exarata sunt, Vomitus fiet ex decocto raphani cum sesquiantia oxymellitidis scilliti- ci. Reuulsio fiet per cucurbitulas lotiones clysteria, quæ mul- tum in hoc casu laudantur, per frictions ligationes & c. Cly- steria parantur ex rebus ad caput spectantibus, sicut ex deco- cto, saluiæ, maioranæ, rutæ, betonicæ, stechados, cui mellis ro- facei tres ontia & totidem olei communis adiectæ sint, uel si acria uolueris, adde prædicto decocto radicem cyclaminis, colocynthidos, cartami, centaurij quantum lubet, addito etiam sale gemo, aut hiera composita electuario indo & c. Lotio- nes fiât ex prædictis rebus a cubito ad extremam manum et a genu usq; ad plantas pedum & c. Repulsio materie perficitur per exteriora & interiora, Per exteriora in principio repellentia, Per interiora materiam præparantia, Exteriora
in prin

in principio repellentia sunt oxyrhodi num. in augmento repellentibus adde resoluentia, ut est aliquid castorei, et a medio statu usq; ad lethargi declinationem resoluentibus puris utendum. sicuti est emplastrum Mesues, quod recipit piretri sinapis scilla castorei euphorbij &c. Interiora materiam præparanda sunt sy. de stechade oxymel scilliticum rhodomel &c. que dicta sunt in capite cephaleæ ab humore frigido cū aquis uel decoctis saluæ stechados maioranæ hyssopi betonicæ etc. Emendatio symptomatum fiet per ea que a somno profundo agrum reuocāt, ut est fumus humanorum capillorum, itē frictio pedum cum aceto sale uel farina synapis, uel cum succo rutæ aceto et sale. reuocat etiam a somno pillorum emulsio partium inferiorum, clamor & tumultus, obliuio uero loquendi mingendi, ac egerendi, incitando, uesciam comprimendo, oleisq; aspergendo membraq; inferiora uehementer comprimendo, reuertitur. Victus sit tenuis incisorius ac refecans cum condimentis quibusdam paratus, ut panis contritus in aqua cum salua pauco pipere uel cinnamomo, uel ptisana sale uel pulegio uel oxymelitre parata, uel aqua cicerum uel lupinorum. Potus sit hydromel, in declinatione morbi uictus sit qui uires recolligat ac recreet, unde dandum est uinū aquo sum tenue album subadstringens, carnes sint gallinarum colūborum montanarumq; auicularum. pisces petrosi, olera sint porri asparagus petroselinum &c. Aer, sit lucidus splendidus, domus tepida, somnus non permittatur nisi per medianam horam deinde excitetur, ita ut de media in medianam horam dormiat & excitetur, Frictiones uicē suppleāt exercitij &c.

Loci consentientes de cura lethargi.

De omnibus his fere intētionibus loquitur Gal. 13. meth. ca. 12. & primū de euacuatione, ibi, incidēda est in talibus affectibus uena statim ab initio si uirtus ualeat &c. de humorū

preparatione, ibi, excitare eos oportet & crasitiam humo-
 ris incidere & excalefacere incoquentes in aceto thymium
 & pulegium & origanum & c. de deriuatione, ibi, Mox pa-
 latum ualentibus & acribus medicamentis ungemus, deinde
 sternutamentis utemur. De repulsione, ibi, tum capiti similes
 presidiorum facultates imponemus adaucta semper eorum
 usque ad ipsum sinapi uehementia. De Reuulsione, ibi, Quin-
 etiam cucurbitulis utemur & c. De euacuatione loquitur Au-
 ce. etiam prima tertij, cap. de cu. lith. ibi si nō fuerit quod pro-
 hibeat phlebotometur prius et si alia fuerint tibi necessaria,
 da ei ad potandū hieræ pricæ, 3. i. et quartā unius drachmæ
 de pulpa colocynthidos & tres drachmas myrrobalanorū
 & dauic unum masticis, Aet. ser. 6. cap. 3. si sanguis fuerit re-
 dundās secetur uena & pro uiribus euacuetur. De reuulsione
 loquitur Paul. lib. 3. cap. 9. ibi, si minus sectio uenæ competit
 eius loco clysterijs acribus aliū ducemus. Acria, n. huc spectāt
 quia tum febris mitis est & lenis, tum quia materia crassa nō
 apta fluere in uentriculo continetur, a quo clystere acutum di-
 uertit & euacuat, similiter Auice. loc. cit. administra eis clyste-
 ria acuta & trahatur materia ad inferiora, & fac eum uo-
 mere cum penna melle & sinapi illita & frica extremitates
 eius donec rubescant & doleant & c. De repulsione & mate-
 rie preparatione loquitur Auic. cap. citato et in principio re-
 pelle materiam cum oleo rosaceo & aceto & post duos dies
 a principio sui misceatur eis castorium & c. Alex. lib. 1. cap.
 20. uniuersam curationem capiti applicare oportet quo uapo-
 res qui eo deferuntur promptius supprimantur, dan da est in
 super opera ut humores ibi coacti conquoquantur incidantur
 & dissipentur & c. De sympt. emendatione facit mentionem
 Cel. lib. 3. cap. 20. ibi hos quidam excitare nituntur admotis
 his per quæ sternutamenta euocantur & his quæ odore foæ-

do mouent, qualis est pix cruda lana succida piper ueratrū
 & c. Auic. loco cit. Quum in subet profundi fiunt euelle capil
 los eorum & pone apud nocram uentofas multas cum igne
 & absq; incisione. & quū eis acciderit obliuio urine & ster
 coris, embroca utraque emunctoria & uentrem cum decocto
 camomilla melli:oti, uiolarum & comprime uescam & c.
 De uictus ratione instituenda lege Aet. ser. 6. cap. 3. ibi, Ci
 bi porro sint tenues & incisori ac ressecantes & cum condi
 mentis parati aniso cumino apio pipere, sunt tamen qui ane
 sum damnent quum sit somniferum. Paul. lib. 3. ca. 9. etiam de
 his loquitur, ibi, alimentum sit cremor ptisane cum oxymel
 lite uel pulegio & hoc in principio. Nam in declinatione ui
 dus sit qui uires reco:ligat & c. Auice. loc. cit. Et quum nutris
 nutri eos cum aliquibus que sint sicut aqua lupinorum cice
 ris cum hordeo fracto, deinde quum finitur egritudo admi
 nistra restaurantia lege fusius hos authores, et plura, que hic
 recitari non possunt, inuenies & c.

Lethargum generantia.

Cepe, ozimum, semina nigri & albi papaueris, Poma
 mandragoræ.

De Pronosticis lethargi.

Hippoc. aphor. 2. apho. 1. In quo morbo somnus laborem
 facit, mortale, si uero iuuat non mortale. B. intellige somnū
 quatenus somnum non esse mortalem, sed quatenus accidens
 alicuius morbi. Et aphorif. 2. aphor. 3 somnus atque uigilia si
 modum excefferint, malum. B. Excedit modum tripliciter,
 Primo ex parte quantitatis, unde multus uel deficiens, ma
 lus, Secundo ex parte qualitatis qualis est somnus inexpugna
 bilis & superfluous cerebrum infrigidans & humectans, Ter
 tio ex parte temporis qualis meridianus & nocturnus. Au
 ce. prima tertij, cap. de signis leth. Quum; fortia fuerint ac

cidentia lethargie & multiplicatur sudor ualde, est, tunc perimens propter quod sudor deijcit uirtutem, & quum spiritus dilatatur & fit bonus & declinant accidentia, tunc tendit ad salutem & proprie si apparent apostemata post aures &c. Cel. lib. 3. ca. 20. lethargus est de genere acutorum & nisi succuratur celeriter iugulat &c.

Authores dissentientes circa Lethar. & Vertig.

quare infra, pag. 156.

De Vertigine.

Τόσκοτοματικός παθος. i. affectus scotomaticus, qui et uertiginosus dicitur, quid sit ex ipsa appellatione manifestatur. Est. n. scotomaticus is dicendus cui obtenebrationes contingunt, ac ei uidetur caput circumferri, ita ut firmari non possit, sed parua occasione cadat. Differt uero uertigo a scotomatico affectu, eo quod omne scotoma uertigo sit, sed non econuerso, σκοτομα dictum latine turbo a σκοτομα' .i. uertiginositate uel a uerbo σκοτω .i. obtenebro, siue a σκοτιζω .i. obscuro, obscurantur enim precaligine oculi, ut nihil uideant, sed in uertigine simpliciter dicta res uidentur tantum circumuolui absq; casu & tenebris, differunt etiam in causis ut infra uidebitur.

Loci consentientes de Vertigine.

Gal. aphor. 4. commē. 17. Vertigo est quando simul uidentur circumuolui quæcūq; conspiciuntur & sensus uisus de repente destruitur, quum uideantur tenebra circumfuse. Auice. prima tertij. tra. 5. uertigo est, ut habens ipsam imaginetur q; res super ipsum uoluantur & q; eius cerebrum & corpus ipsius reuoluantur, quare nō regit se ita ut firmetur imo cadit &c. R. Intellige scotomaticum affectum (& simula de tenebris fit at mentio) hic ab Auice. de finiri, sub quo uertigo tanquā minor dispositio continetur. De finitur uero uertigo a Raze hoc

modo, Razes. 1. com. ca. 2. uertigo est dispositio in qua apparet res reuolui & tamen homo nō cadit, sed regit se & c. Ba. ad. de, sed perseverante morbo diutius ex facili occasione concidit, maxime ubi in circulum circumuertatur. Vnde Gal. 3. de. loc. aff. a parua occasione hebetantur, ita ut interdum cadant, si circumtentur, hoc idem adserit Paul. cap. proprio & c. & Aet. ser. 6. cap. de uertig.

De uertiginis causis.

Cause uertiginis primitiuae sunt omnes sex res praeter naturales ex quibus uapores crassi egredientes, ut cepae uinum, cerebrum male afficiunt. Similiter mora in sole, Mala intestinae, capitis percussio, aut cranei fractura, solita excretiones retentae, cruditates, ebrietates et consideratio rerum quae circumaguntur. Antecedentes sunt omnes humores, a quibus uapores eleuantur, qualis est utraq; bilis pituita & sanguis. Coniuncte sunt uapores spiritibus admixti existentes actu in regione uisus. Hec affectio etiam per consensum alicuius partis uel totius fieri potest, ex uaporibus ad caput elatis, aut ex ore uentriculi a malis humoribus morso, ab hisdem et causis deniq; prodeunt uertigines, a quibus morbus comitialis & caesamet sedes occupant & c.

Loci contentientes de causis uertiginis.

De causis primitiuis loquitur Gale. 3. de locis aff. ca. 8. ibi, id maxime accidit quum uel sub sole aestuauerint, uel aliam ob causam calefacto fuerint capite, aut ex calido uaporosoq; spiritu caput opplente & c. Aet. ser. 6. cap. 7. facile capiuntur ab hac affectione quibus consuetae excretiones sunt oppressae, sed & cruditas & ardores asidui & ebrietates affectionem hanc efficiunt. Auic. prima tertij, ca. de cau. uertig. fit propter considerationem ad res que uoluuntur ita ut figatur forma illa sensata in anima, & paulo post inquit interdum fit a ma

litia complexionis, et fit ex motore spiritus exterius sicut ex percussione capitis & fractione cranei &c. De antecedentibus causis lege Gal. aphor. 3. commē. 27. ibi. Quotidianae constitutiones &c. ubi inquit fit uertigo ab humore cum spiritus crastie in capite moto, ideoq; proxima est comitialibus morbis & apoplexijs &c. Paul. lib. 3. cap. 12. Nascitur uertigo quum frigidus, & glutinosus humor cerebrum occupat &c. Auice. prima tertij, tra. 5. uaporis materia quandoq; est cholera quandoq; phlegma, & uertigo phlegmatica similis est epilepsiae &c. De atrabile & sanguine non meminit nisi ubi de signis uertiginis loquitur. De causis coniunctis loquitur Gale. aphor. 3. commē. 31. ibi uertigines accidunt propter spiritum uaporosum, qui in partibus cerebri inordinato motu cietur &c. Auice. prima tertij, cap. cit. ex causis fit corporeis praesentibus in uacuitatibus cerebri, contentis in ipso ex uaporibus prouenientibus in uenis, quae sunt in ipso & neruis &c. De causis per consensum plura habes ex Gale. aphor. 4. commen. 17. ibi fit ab ore uentriculi a malis humoribus moroso &c. Item aphor. 2. commē. 31. ibi, aut in uentriculo uitiosis superfluitatibus acruatis ad cerebrum fertur exhalatio uaporoosa. Item. 3. de loc. aff. ca. 8. Oribasius aphor. 3. commē. 20. de hac re mentionem & ipse facit ibi sicut uentus sese eleuans et puluerem in sublime rapiens &c. Auicen. prima tertij, tra. 5. Et quandoq; fit ex uaporibus ascendētib; ad cerebrum &c. lege cum fusius nam ibi enumerat omnes partes a quibus se extollere potest. Gal. in. lib. qui introductio siue medicus nuncupatur, caligines inquit oculis offusae & uertigines cognatae sunt uitia morbo caduco ab iisdemet causis prodeunt atq; easdem sedes occupant &c.

De signis uertiginis.

Indicia quae distinguunt utrum primario affectu an per con-

sensum efficiatur uertigo hæc tria sint, Primū nō præcessit al-
 terius mēbri nocumenū, Secundū est uertigo assiduaque non
 excitatur ex repletionē alterius mēbri nec remouetur ad al-
 terius mēbri euacuationē, Tertiu quia omnes fere sensuum
 actiones lesse sunt, si igitur alterius mēbri lesio præcesserit, ad
 cuius in crementū, uertigo augeatur, & ad eius decrementū
 decrescat, & ad eius ablationē, auferatur, tunc p consensum
 est, ubi igitur per cōsensum uentriculi fieret uertigo, tūc præ-
 cedet praua concoctio, appetitus deiectio grauitas, nausea, uo-
 mitus et anxietas quedā stomachica, dolorq; erit in anterio-
 ri parte cerebri usq; ad medium pp neruorū reuersuorū cō-
 sensum & c. Si uero primario affectu, tunc præcedunt hebitus
 dines in oculis, aurium sonitus auditus, grauitas, dolor capi-
 tis, & sic uniuscuiusq; sensus oblesio aderit, Indicia humorū
 morum præcipue sanguinis sunt, uenarum inflatio, oculi ru-
 bei, capitis grauitas, somnus & pulsatio. Bilis sunt uigilia in-
 flammatio sine grauitate multa, imaginationes citrina & c.
 Pituite, sunt grauitas tumor & multitudo somni & sic de re-
 liquis humoribus etiam intelliges & c.

Loci consentientes de signis Vertiginis.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 8. loquens de signis primarij affectus
 & per consensum inquit, Vertigo quum per se fiat, aut per
 uentriculi consensum sicut & Archigenes fatetur, sic signa,
 distinguere oportet, Nam si uertigo ex primaria cerebri affe-
 ctione fiat, tunc aurium soni, & capitis dolor & grauitas,
 & sic olfactus & cuiuscunq; sensus a capite prodeūtis ob-
 lesio aderit. Vbi uero per consensum oris uentriculi, præsentie
 tur cordis morsio quam Græci dicunt *καρδίαμοι* & Nau-
 sea & c. hæc eadem recitat Paul lib. 3. ca. 1. Auice. prima ter-
 tij, tra. 5. uertigo facta ex reuolutione hominis, aut consideratio
 ne ad res reuolutas, nota est per se, et similiter, quæ fit a per-

uisione & casu. In ea que sit a retentione materierum in cerebro, signa sunt q. aegritudo est asi dua non sequens aegritudinem aliorum membrorum, nec est excitata cum repletionem, ne sedata cum euacuatione & antecedit ipsam dolor capitis, sonitus & tinnitus & grauitas est in capite & inuenit tenebrositatem in uisu & in sensibus abreuiationem & c. lege eū fusius, nam si omnia uellem in unum congerere essem longitidine longe longior, lege etiam ipsum de signis cuiusq. humoris ibi & si fuerit humor & c.

De cura Vertiginis.

Primum id in cura notato, an per se, an per compatiendirationem morbus fiat. Si per se, an actu uertiginosus sit an facultate. Primo expedit curatio, alteri præseruatio, Præterea etiam id intiuere, num in ipsa uertiginis accessione sit patiens, an extra, Si in accessione tunc frictionibus cucurbitulis ligationibus & medicamentis odore mouentibus æger excitandus est, si uero extra accessionem, tunc primum causa diligenter considerata, curandus erit. unde si fuerit causa primitiua, qualis est uisus rerum circunuoluentium, aut auditus uocum in gentium, aut percussio & crapula, tunc ita remouenda erit causa, ut ne res mobiles uideat, nec sonos ingentes audiat, & tunc motus spirituum & eorum disunctio moderetur cum quiete animi & corporis in loco obscuro, interim remouendo si qua mala fuerit intemperies in cerebro derelicta, cum contrarijs intra & extra applicatis. Si uero aliquis humorum causa fuerit, tunc quintuplici scopo indiget, Primus euacuatione, Secundus reuulsione simul & deriuatione, Tertius alteratione siue humorum præparatione, Quartus accidentium remotione, Quintus uiculus ratione. Euacuatio fiet per sectionem uenæ si sanguis superabundauerit per remotas uenas incipiendo a japhena deinde a basilica postremo ab ipsa cepha

lica & a uenis, quæ post aures locantur præsertim si purgationes menstruorum uel hæmorrhoidarum oppressæ sint, si uero sanguis cum alijs humoribus in qualitate redundet, pro ut natura humoris requirit, euacuabitur cum rheub. Myrobalanis casia &c. Remulsiõ fiet cum omni remulsiõnum genere ut supra dictum est in cap. cephalæe procedendo usq; ad cæcæteria. Alteratio siue humorum præparatio perficitur per exteriora & interiora. Exteriora parantur in principio cum his quæ repellunt ac infrigidant, quale est oleum rosaceum et acetum. In medio tempore cum repellentibus ac resoluentibus mixtis & in fine cum puris resoluentibus pro ut habuisti in capite cephalæe. Interiora per ea quæ immobiles reddunt spiritus, sicuti sunt frigida styptica, qualis est syrupus rosa. de granatis de ribes de citonijs & quæcumq; apozemata, ex his parata, ubi materia sit calida & spiritus in motu fuerint ualent etiam in hoc casu eclegmata ex saccharo rosaceo miua cydoniorum, Item cotoneata a prandio statim uel ab ipsa cena comesta. Remotio accidentium, erit si nec apud ignem, nec in scalis nec prope flumina patientes sunt, ne interdum ex uertigine oborta præcipitentur, si uero aliquæ etiam terrebræ ad huc remaneant, cum his quæ clarificant statim curabuntur &c. Victus ratio, si ab humore calido fieret uertigo, erit, quæ bilis aut sanguinis feruorẽ extinguat, sicut sunt acetosa styptica, qualis est succus cotoneorum malorũ & granatorũ, in quo bucella panis immergi potest, sitq; uictus non flatuosus non cacostomaticus sed facile concoctilis, Aer sit magis obscurus quam lucidus ne spiritus agentur, Potus sit modicum uini albi tenuissimi præsertim si uertigo per compatiendi rationem fieret, somnus sit notabilis, quies nõ solũ corpori, sed etiã aĩo confert uitanda insuper sunt accidentia animæ sicut ira tristitia nimia cogitatio &c. Veneris quantũ pot se

154 DE CONSENSV MEDICORVM
abstineat &c. Si causa fuerit per consensum tunc triplici se-
po curabitur, Primo cum cause remotione, Secundo cum me-
bri mittentis & recipientis roboratione, Tertio cum reuul-
sione uaporum adhibito tamen regimine congruo ut supra,
Que omnia longe uberius habita sunt in cap. cephalice per
consensum &c. Quare non est ut hic denuo recitentur &c.

Loci contentientes de cura uertiginis.

Paulus lib. 3. cap. 12. Vertiginosos in accessione excitabi-
mus cum medicamentis que odore mouent, item frictionibus
& id genus alijs &c. lege etiam in hoc Marc. Cat. Auic. pri-
ma tertij, tra. 5. Vertigo facta a reuolutione hominis super ip-
sum & consideratione eius ad reuolutiones & consideratio-
nes a loco alto, cum quiete & tranquillitate curatur & som-
no si non cito sedaturum.

De cura a causa humoralis & primo de ipsa euacuatione lo-
quitur Auic. loco nuper cit. ibi. Quae uero facta est ex sangui-
ne, aut ab humore contento in corpore curat phlebotomia ex
cephalica deinde ex uena quiete, quae est post aurem. Et Paul.
loc. cit. ubi morbus conquieuerit sanguis discutiendi gratia ex-
trahatur & purgatio ex hiera prestanda. Et Razes. 9. alma.
Quod si non appareant & facies sit rubra, sanguis ex cepha-
lica uel basilica erit minuendus. De reuulsione etiam loquitur
Paul. ibi. Interpositis diebus acri clystere et cucurbitulis ad oc-
cipitium cum scarificatione, moxq; apophlegmatisms et ster-
nutamentis uti debemus &c. Auic. loc. cit. & cauterizatur ar-
teria & proprie ea cuius causa est ascensio uaporum & uen-
tosa conferunt nocenti &c. Si uero fuerint humores diuersi
a sanguine incipe ad curandum cum pillulis de hiera & infu-
sione aloes, uel in humoribus calidis cum decoctione myroba-
lanorum epithimi pillulis stomaticis &c. De alteratione plu-
ra habes ab Aet. ser. 6. ca. 7. ibi. His uero qui calidum caput ha-

bent etiam rosaceum cum aceto adhibeas &c. Et Auice. cap.
 cit. & cō fortabis caput cum oleo rosaceo & aceto & oleo
 camomillino & post confirmationem cum oleo camomilli-
 no singulari. &c. loquens etiam de interiori inquit & mali-
 tia complexionis curatur per contrarium ut temperetur com-
 plexio naturalis, ubi Vgo Senensis utitur syrupo de stechade
 de epithimo oxymelle composito et scillitico cum decocto ha-
 sce origani hyssopi stechades &c. De accidentium remotione
 loquens etiam Auice. inquit, & habens uertiginem alienet a
 se considerationem ad omnem rem cito reuolubilem, & ab
 aspectu profunditatum fouearum & uerticum montium. lege
 etiam de his omnibus Arcul. Marc. Cati. Michaellem Sauo. et
 Gordonium. De uictus ratione fit mentio ab Aet. ser. 6. ca. ibi,
 cibi sint boni succi facile concoctiles, status exortes omnino
 stomacho ac uentri commodi urinam cientes, uinum modicū
 sit album & tenuissimum & non ualde uetus. De cura per cō-
 sensum, Mes. cap. de uert. inquit, In primis materiam absce-
 de, deinde membrum mandans redifica et regimen ad æqua-
 litatem administra, cerebrum & caput consorta ne recipiat
 deinde diuerte uapores & fumos cum constrictione doloro-
 sa uentofatione chysterijs &c.

Obseruationes de sectione uenæ.

Aet. ser. 6. cap. 7. monet ne acruatim euacues nam ex faci-
 li occasione coincidunt &c.

Vertiginem generantia ex Diosco.

Cardamomum hyosciamus Mandragora Falernum, Aco-
 nitum, Cicuta.

Remedia ad uertiginem ex eodem.

Valent peucedanum, Galbanum, Ampelos leuce, acetum
 scilliticum, uinum scilliticum.

Auic. prima terij, tra. 5. quandoq; fit uertigo & scotomia

secundum semitam crisis, & uertigo frequens & proprie in decrepitis nunciat apoplexiam, & similiter uertigo eueniens successione stuporis communicantis membrum, & quandoq; soluit uertiginem sorda accidens, ille cui frequenter accidit scotomia de se ipso sollicitus sit & humorem euacuet crassum, ne ad epilepsiam aut apoplexiam perueniat, quum uertigo prolongatur signum est q; fiat a causa frigida & c.

Aut. dissentientes circa Leth. & Vertiginem.

- 1 Adserere, lethargum non principaliter in cerebro, sed in corde fieri ut Aristo. Qui prima uim sentiendi in corde esse dicebat & non in capite. (zes.
- 2 Adserere, lethargum a melancholia generari posse ut Ra
- 3 Adserere in lethargo a frigiditate, & humiditate proueni ente, sectionem uena non competere.
- 4 Adserere in lethargo occipiti esse adhibenda repellentia.
- 5 Adserere scotomaticum affectum non differre a suffusionibus oculorum quum utrobq; imagines uideantur.
- 6 Adserere uertiginem qua fit per consensum, non esse attri buendam capiti.
- 7 Adserere omnem uertiginem per arteriarum sectionem esse curandam.

Confutatio dissentium circa Leth. & Vertiginem.

Impugnat primum Gal. 4. de sympt. cau. ca. 8. ibi. *Ceteris quod capitis repletio somnum conciliet, iam Aristo. satis monstrauit, sed quamobrem oppleto capite prima sentiendi uis quiescat, quum ipsa (ut ille putat) in corde resideat, nullam probabilem inuenire potuit rationem, igitur & c.*

Ad secundum respondet Auicen. prima tertij, cap. 16. ibi, *sunt quidam Medici qui nominant lethargiam omne apestema frigidum in cerebro, siue sit melancholicum & c. quem uideri poteris, Præterea Gale. loco citato lethargus inquit fit*

a frigidityte & humiditate, sed melancholia frigida est & sicca igitur &c.

Ad tertium Alexan. lib. 1. cap. 20. Si nec vires egrotantis etas regio & tempus obfistere uideatur sanguinem detrahere in principio statim expedit &c. Auicen. si non fuerit q̄ prohibeat phlebotometur, intellige saltem reuulsuam sectionem competere si non euacuatiuam.

Ad quartum Gale. 13. meth. ca. 22. Sed quoniam sutture & presertim coronaria, non solum impositi medicamenti qualitates, sed etiam substantiam, (si tenuis est) introtrahunt, nam preter reliqua tenuissimum est hoc loco cranium & rarissimum, ergo quotiens medicamenti cuiusq; uim uehementer descendere uoles hoc maxime loco impones &c. igitur non occipiti &c.

Ad quintum Gal. in lib. qui introductio siue Med nuncupatur respondet dicens q̄ caligines oculis offusæ, & uertigines cognata sunt uitia morbo caduco sed inter se differunt, quod experientia demonstratur, nam in scotomatico affectu leui occasione hebetantur & concidunt, sed non in suffusionibus oculorum &c.

Ad sextum Gale. 3. de loc. aff. cap 8. Verum ut iam antea sepe numero monuimus, licet caput per alterius partis consensum afficiatur affectio tamen ipsi ascribenda est &c.

Ad septimum Gale. 3. de loc. aff. cap. cit. Quamobrem non nulli horum, ab arteriarum sectione presidium petierunt, arterias pone aures secantes, sed constat non omnes huius auxilij beneficio fuisse curatos &c. Nam fieri potest q̄ inæqualis cerebri intemperies huiusmodi spiritum producat &c.

De Morbo comitiali.

Morbus comitialis græce ἐπιληψία dicitur, est totius corporis non omnimoda conuulsio, ex qua operationes motus

et sensus in membris prohibetur, per temporum interualla accidens, fitq; cum repentino casu ac exitu spumæ oris, talis uero conuulsio sequi solet, uel a multitudine grauante, uel ab acrimateria cerebrum mordicante, quod quum tale molestum reijcere conatur tali motu conuulsiuo concutitur &c.

Loci consentientes de morbo comitiali.

Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. Morbus comitialis est omnium corporis partium conuulsio non perpetua sicut in Emprosthotono opisthotono & tetano, sed quæ ex tempore accidit interuallis, & lib. finit. med. Comitialis morbus, est oppressio mentis sensoriorumq; cum repentino casu, ac spumæ oris exitu. Auic. prima tertij, tra. 5. epilepsia est ægritudo, prohibens mentis animata ab operationibus sensus & motus in erectione, non integre & illud est propter opilationem contingentem &c.

Obiectio.

Quum Gal. de sympt. diff. cap. 3. dicat, si non totum corpus conuellitur, sed principes functiones detinentur, hoc symptoma morbus comitialis appellatur, si igitur symptoma est quomodo ab Auic. ægritudo dicitur. Præterea conuulsio est symptoma, sed morbus comitialis est conuulsio igitur symptoma & non morbus ut Auic.

Responlio.

Morbus comitialis summi potest primo pro obstructione cerebri uentriculos opplente uel pro mala intemperie, uel pro mala compositione & sic his tribus modis est ægritudo, at sumptus pro motu conuulsiuo, est symptoma si ue accidens &c. Quir motus conuulsiuus fiat in cerebro reddit ratione Gal. 3. de loc. aff. ca. de mor. comit. ibi proinde existimaui similem motum cerebro euenire qualis stomacho interdum a re quapiam molestato accidere solet &c. Vide etiam de hac re Act. ser. 6. cap. 13. De generatione spumæ uide Gale. aphor. 2. comm. 43. ibi strangulati &c. & Auic. ibi spuma uero acci

gens in epilepsia est propter agitationem motus & c.

De causis morbi comitialis.

Cause primitiua sunt uictus deprauatus ac potus multitu-
do, mora in sole nimia, coitus plurimus, exercitium super re-
pletionem, accidentia animi ut tristitia ira timor euentus tu-
multi, auditus uocum terribilium, odor hepatis cerui usti &
gagates lapis bitumē & cornu ceruinum, Cause antecedentes
sunt intemperies mala totius corporis, complexio cerebri fri-
gida & humida ex qua flatuosus spiritus generatur, uel ma-
lus humor ut pituita atrabilis sanguis uel materia ueneno-
sa. Cause coniuncta sunt uapor uel flatus crassus, uel talis humor
actu obstruens. Cause uero per consensum omnia membra a
quibus uapores ad cerebrum mittuntur, sicut totum corpus
stomachus lien & c. membra a quibus uapores eleuari possunt.

Loci consentientes de causis morbi comitialis.

Gal. 5. de loc. aff. cap. 6. iam alios uidimus (loquens de cau-
sa primitiua) conuulsione comitali ab oris stomachi uitium
correptos, quum aut probe concoxissent, aut uini meracioris
plurimum potassent, aut ueneri immodice operam dedissent.
Auc. prima tertij, tra. 5. & causas mouentes epilepsiam ple-
runq; adiuuant cause extrinsecæ sicuti immoderantia cibi et
potus & satietas nauseatiua, & mora plurima in sole et coi-
tus plurimus & exercitium super repletionem & id quod
debilitat cor ex timore & c. Aet. ser. 6. cap. 14. epilepticos
collabi faciunt suffita, bitumen, lapis gagates cornu ceruinū
odor hepatis caprini assati & ipsum hepar dum editur, hoc
idem habet Paul. lib. 3. cap. 13. Gale. aphor. 2. commen. 45. ma-
gna ex parte uictus deprauatus hanc passionem generat, Mat-
theus de grado historiam de suo filio recitat qui ex magno
tubarū sonitu in epilepsiam ceciderit. De causis antecedenti-
bus & coniunctis loquitur Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, non ab

ariditate uacuationeq; sed a crasso semper humore hanc affectionem induci, argumento est, q̄ & subito fit & soluitur cōfestim, nam subitariam meatuum obstructionem a crasso uiscosq; humore fieri constat. Paulus lib. 3. cap. 13. Morbus comitialis habet causam partim in ipso cerebro, partim in uniuersis uentriculis subsistentem, modo humorem pituitosum, modo melancholicum. Itidem ait Gal. 3. de loc. aff. ca. de Mania. Auic. prima tertij, tra. 5. Tunc restat ut eius causa sit aut contractio cerebri ad expellendam rem impediētem quæ est, aut uapor aut qualitas mordicatiua aut humectatiua male substantia aut humor faciens opilationem & spasnum non integrum in uentriculis cerebri, & principijs originis neruorum & c. B. Nota q̄ he tres cause. s. Vapor humor & qualitas uel mordicans uel substantia uenense, mutuan adeo beneuolentiam in se agunt, ut una sine altera effici non possit & sic intelligitur Auic. ipse uero loquens de causa materiali inquit fieri a sanguine plurimo dominante aut a phlegmate, aut a melacholia, aut a cholera & est parua ualde & c. Hippocra. de sacro morb. pituitosis fit natura non biliosis Gale. 4. de loc. aff. loquens de sopore apoplexia & morbo comitiali inquit horum trium morborum frigiditas ac crassus aut omnino uiscidus humor causa est. Similiter. 2. aphor. commē. 45. dixit. De causis per consensum, habes plura ex Gale. 5. de loc. aff. cap. de affectu oris uentriculi ubi exemplum de grammatico affert, qui quotiens doceret cogitaret transferetur, morbo comitiali corripiebatur. Item differentias huius habes ex Gal. 3. de loc. aff. cap. de morb. comit. Similiter habes exemplum de puero, qui principium affectionis sentiebat in crure, præterea quomodo ille humor ad caput ascendat, habes etiam exemplum de ictu scorpionis quamuis hæc tertia species raro contingere soleat, prout notauit Aet. ser. 6. cap. 13. Paulus

lus lib. 3. cap. 13. ore uentriculi inquit affecto cōsortij lege oboritur quemadmodum in colicis, item & ab alijs inquit partibus nascitur, quum ueluti aura quædam frigidior ad cerebrū ascendet, alias a crure, alias a manus digitis, alias ab utero mulieris grauida & c. Auic. prima tertij, tra 3. Membra ex quibus uapores eleuantur ad cerebrum epilepsiam facientes sunt aut totum corpus, aut splen aut, stomachus, aut myrach & contingit etiam illud in reliquis membris & c.

De signis morbi comitialis.

Signa communiter præcedentia, sunt mutatio corporis a complexione sua, grauitas capitis, tristitia, et eorum quæ iuxta sunt obliuio, imagines in somniorum turbulente, pallor faciei, inordinatus lingue motus & ira. Signa morbum demonstrantia sunt spuma oris, repentinus casus, oris ac faciei distractio, ceruicis ac totius tremor, dentium constrictio, stercores ac urinae ac etiam spermatis inuoluntaria emissio. In uehementi morbo si spuma ab ore abstergatur, denuo resurgit, in debili uero non amplius reuertitur, uel in debili cito resoluitur, in uehementi nequaquam. Signa pituitæ sunt, si spuma sit crassa ac multa, si urina uitro liquefacto sit similis. Cognoscitur etiã ex uomitu, ab ætate, a regione, a regimine præterito, a colore faciei & ab alijs ut dictum est, in primo lib. Signa demonstrantia morbum esse in capite uel in alijs membris sunt, quia si in capite præcesserunt sensus, & motus lesiones aut obliuio, aut amētia & c. Si in stomacho cognoscitur ex nausea uomitu erosione & sic de reliquis morbis & c.

Loci de signis morbi comitialis.

De signis præcedentibus Auic. ibi loquitur, & plurimum antecedit mutatio corporis a complexione sua & c. Paulus lib. 3. cap. 11. præcedunt quædam animi tristitia, eorum quæ iuxta sunt obliuio turbulente in somniorum imagines, dolor

capitis eiusq; repletio continuo & ob iracundiam faciei pal-
lor inordinatus linguæ motus &c. De signis morbum demo-
strantibus loquitur Razes. 9. alman. cap. de epilep. Quum ali-
quis cadit in terram et torquetur & commouetur & intelle-
ctum amittit dicimus esse epilepticum, quod si spuma exit per
os, aut secum mingit, aut sperma egreditur, aut egestio, passio
tunc est grauior ac uehementior &c. Paul. cap. cit. Quampri-
mum morbus inuadit concidunt ægri, uoxq; interrumpitur,
peculiaris morbi nota est oris spuma, non desunt quibus uri-
na & stercus præter uoluntatem excernitur &c. B. Hec si-
gna de uehementi epilepsia intelliguntur, nam in debili non
omnia adsunt, uide de ijs tamen fusius Arcul. Sauonarolam,
Gordonium & cæteros practicantes.

De signis humorum lege Auic. prima tertij, tra. s. ibi, & si
gna eius cuius causa est phlegma &c. uide eum fusius nã om-
nia annotasse, longum ac præter rem foret.

De signis per consensum loquitur, ibi, Qui nõ ex propria
cerebri affectione sed per consensum comitiali morbo labo-
rant, eos citra perpetuam conuulsionem, ueluti, saliendo per
interualla concuti uidentur. Manardus in episto. 6. lib. tertij,
Quando per consensum patitur, non accidunt uehementes
& asidue conuulsiones, sed per interualla breuibus quibus-
dam saltuosis motibus patiens concutitur. Gal. 5. de loc aff. ca.
de oris uentriculi affectione, & Paul. lib. 3. cap. 13. Similiter
Alex. cap. de sacro morbo. Si per consensum stomachi eueni-
at, cognoscitur ex nimia uentriculi repletione, aut ex ine-
dia, aut syncopi ex nausea uomitu erosione &c.

De cura morbi comitialis.

Id in primis præuidendum est, an in ipsa morbi ex acer-
batione æger actu sit an extra. Si in exacerbatione tunc uni-
ca tantum curandi intentio erit. s. ab exacerbatione liberatio,

que fieri potest cum reuulsione uaporum ad alia loca per cu-
 curbitulas frictiones clysters suppositoria, aut per odores
 sensum irritantes, cum castoreo succo cirenaico. i. assa fetida
 succo ruta & c. Si uero patiens fuerit extra exacerbationē,
 tunc considera, nū inceperit, uel incipiēda sit agritudo, que
 si non inceperit, sed incipiēda timeatur, tunc una tantū erit
 curandi intentio præseruare. s. ne patiens dispositus in hanc
 agritudinem incurat, quod fiet si superuacaneas humiditates
 abstulerimus cum electuario ex saccharo et amygdalino oleo
 aut si samino parato, aut si ea que a proprietate comitiale
 morbum expellunt, dederimus sicut peoniam & c. aut in san-
 tes ab omni strepitu & timore custodierimus, aut si nutrix a
 coitu a crispula & ab his que lac malum generare possunt se
 se abstinerit & c. Si uero morbus iam dudum inceperit, cau-
 sam tunc primum inquirito, Que si fuerit pituita tanquam
 maiori ex parte contingens, uide nū primariam affectio-
 nem, aut per consensum efficiat. si affectio primaria sit in ce-
 rebro uel in uentriculis eius, tunc quinque erunt medendi in-
 tentiones, Prima uiculus ratio, Secunda humoris preparatio,
 Tertia euacuatio, Quarta reuulsio, Quinta cerebri roborati-
 o ac residui resolutio, quāquam si ad Galeni dogma acce-
 serimus, unicus tātum erit curandi scopus qui est obstructio-
 nis remotio. Viculus ratio sit incidens ac extenuans qualis est
 capparitis usus. sit que laudabilis chymi, non superflue hūme-
 etans, cauenda est insuper repletio & mala digestio, semel in
 die reficiatur aeger si tolerat, Caue etiam ne uentriculo pleno
 superueniat exacerbatio, caueant etiā a crassis carnibus mul-
 te superfluitatis, & a leguminibus uinoq; copiosiori, nam
 paucitas uini dilatat animam, inquit Auic. & excusat a mul-
 titudine. Itē a ueneris liberalioribus a balneis ante purgatio-
 nem, a sinapi eo q; cerebrum sua acrimonia percutit, caueant

in super a calore & frigore superfluo a uentis, si possibile sit regionem permutantes, Quies & tranquillitas laudatur & exercitium post euacuationem, Somnus super repletionem uitandus & uigilia superflua nam spiritum resoluunt ac debilitant Preparatio humoris perficitur per ea quae incidendi ac extenuandi uires habent, quale est oximel simplex & compositum scilliticum sy. de absinthio, apozima ex hissopo & origano sy. de stechade, de hissopo rhodomel & c. cum decoctis salu. e. hissopi, ruta, maiorana, radicum iridis, scilla, uisci quercini, peoni. e. florum rosmarini, stechados, glycyrrizae, acori, passularu, nucis moschatae cinnamomi, betonicae, & c.

Euacuatio erit, si repletio uniuersalis existat cum pituita & nihil aliud prohibeat, per sanguinis a cubito missione, si minus fiet cum turbito agarico cum hiera ruffe, cum pillulis chochijs fatidis polypodio, Si uero fuerit affectio atrabilaris, cum eleboro, pillulis indis, de lapide lazuli cum myrobalanis & similibus & c. Vel euacuatio fiet cum electuarijs dissolutis in aliquo decocto, sicut cum diaphinicone electuario indo & c. ut supra relatum est in capite cephalae, Reuulsio. i. ad inferiora materiae diductio, perficitur cum cucurbitulis dorso & precordijs etiam cute incisa affixis, aut enemate ex centauro colocynthide, additis quibusdam electuarijs ad hoc propositum facientibus ut hiera diacolocynthidos, hiera simplici & oleis & rhodomele, deinde frictionibus lotionibus circa crura, quibus aneete deriuationes quae sunt per sterutatoria masticatoria gargarismata & c.

Roboratio ac residui resolutio fieri possunt, per exteriora & interiora, remouendo malam intemperiem derelicta, ne ipsa remanente, noua materia denuo agregetur. Interiora sunt diacorus diamuschus dul. confectio pliris arcoticon nic. Theriaca, Mitridatum, Acorus conditus & quaecumque a pro-

proprietate occulta, conferre dicuntur de quibus plura nobis designata sunt in fine capituli et sunt peonia ruta corium frontis asini &c. Exteriora sunt sacculi commissuræ coronali & sagittali appliciti ex maiorana stechade ruta peonia nuce moschata, uel fiat eodem in loco sinapismus, aut cauterium aliquod potentiale uel actuale usque ad ossis superficiem & ulcus per aliquot dies apertum conseruetur. At si per alicuius partis consensum morbus comitialis acciderit, procurandum, ut membris, a quo malus uapor ad caput reptat, mala dispositio removeatur, uel ascensus prohibeatur cum ligatione arcta uel cucurbitulis, uel loci apertione prout magis expediet, deinceps cerebrum ne uapores suscipiat roborandum, & quid susceptum est, resoluendum &c.

Loci consentientes de cura morbi comitialis.

Act. ser. 6. cap. 13. Cura tempore exacerbationis, erit partes obtortas deligare inungere & dirigere odoribus sensum irritare & perseverante exacerbatione castorium aut succum cyrenaicum ori cum aceto mulso infundere, &c. B. Intellige de his qui post annos pueriles in morbum concidunt. Arcul. de cura epilepsie, Quaedam administranda in tempore paroxysmi diuertendo cum ficationibus ligaturis, & suffumigium ex assa cito remouet paroxysmum &c. Vide in hoc ceteros practicanes sicut Gord. Marc. Cat. Sauona. itidem habet Auice. ibi, & finis actionis cause eius est alleuatio a prauitate paroxysmi &c.

De preservatione lege Mesuen, ibi, preseruant quæcumque a proprietate retardant paroxysmum, aut prohibent aduentum eius omnino aut occultant sicuti dicemus &c. Auic. prima tertij. tra. s. Epilepsia in infantibus curetur ita ut nutrimentum lactantis retificetur, unde lactans alienet a se, omne quod generat lac aquosum aut corruptum aut grossum & prohibe

at sibi coitum & prægnationem, et alienetur infans ab omni re, in qua est timor et uoces magni sensus ut uox tonitruui fulguris &c.

Razes primo commen. cap. de epilep. Scribit plures medicinas morbum prohibentes, calefacientes. s. & exiccantes, quas etiam habet Auice. loc. cit. & sunt peonia, quæ à Gale. 6. de fac. simp. tantopere laudatur, suspensa uel in potu data, & quæcumq; infra ex mente Dioscori. recitabuntur &c. Quod primum in omni morbo inquirenda sit causa, habes ultra Auicen. & Galeni textum etiam duos Ausonij uersus in quibus omnes fere intentiones curandi habentur & sunt,

Quis morbus, quæ causa facit, qui casus ab illo
Nascantur, quæ cura modo, quis deniq; finis.

Mesu. in cura epilep. sunt quinque intentiones, Prima regimen in uita ponit, Secunda æquat & coaptat materiam, Tertia abscindit eam &c. in hoc consule non solum Græcos omnes, sed etiam ceteros arabes, nam fusus de his pertractant. De uictus ratione loquitur Paulus lib. 3. cap. 13. ibi, uictus ratio utilis est, quæ incidit & extenuat, idcirco capparidis esus & salsamentum prodest. Auice. prima tertij, tra. 5. Commune est omnibus epilepticis ut utantur cibus laudabilibus quibus inest humectatio laudabilis non superflua, caueant a repletione et custodiant se a malitia digestionis, Qui uero non tolerant ut semel reficiantur, diuidant cibum suum in tres partes & sumant duas tertius in prandio & tertiam in cena &c. E. Hic Auice. locus effecit ut discrimen illud inter neotericos nasceretur, utrum cena maior prandio esse debeat, sed quum utrinq; robuste ac ualide rationes afferantur, tu tamen aduerte, ne adueniente exacerbatione siue uesperis siue mane quod uentriculus sit ualde plenus, unde Auice. & oportet ut occurrat paroxysmus cum inundatione stomachi &c.

Paul. lib. & cap. cit. fugere inquit oportet, carnes, legumi-
na, uinum copiosius uenerem liberaliorem balnea siriapim
& c. Auic. loc. cit. oportet ut alienent omnes fructus humidus
& grossos, nisi stypticos super cibum quia roborant stoma-
chum & repletio uini multum nocet, sed parum ex ipso sum-
ptum dilatat animam & confortat spiritum & c. Mes. Hy-
dromel est potus elegantior quam uinum. Auice. & oportet
ut alienent a se omne acre & uaporosum et uitent cibos gra-
ues ut sunt raphanus caules bancia. i. pastinaca & c. lege huc
locum fufius & plurima a me dicta inuenies. Cels. lib. 3. cap.
25. Cauende sunt cruditates lociq; precipitis conspectus, om-
nia terrentia. uomitus lassitudo, sollicitudines & negotia om-
nia & c. De humorum preparatione loquitur Auice. loc. cit.
ibi & ex srupis est oxymel squilliticum & similiter sy. de
absinthio & apozima hissopi cum origano & c. Itide Mes.
ibi, adaptant materia ut eius facilis fiat expulsio qualia sunt
squilla & acetum eius & oximel & c. Et Paul. auxiliatur his
oxymel scilliticum quotidie potum & c. De euacuatione loqui-
tur Aet. ser. 6. cap. 14. Si nihil dicens prohibeat uenam sec-
care oportet, & intermissis quatuor aut quinque diebus cor-
pus reficere, ac sic infra euacuare, maxime per ueratrum ni-
grum aut colocynthidem & c. Itidem adserit Paul. & Auic.
ibi, melius quo purgetur illa cuius causa est phlegma est hie-
ra & pulpa coloquinthidos & hiera hermetis, Quod si cum
phlegmate est repletio uniuersali tunc phlebotomia secundum
quod narrauimus est ei iuuatiua & c. De reuulsione & deri-
uatione uerba facit Mes. cap. de epilep. ibi competunt garga-
rismata & sternutatoria & proprie uomitus & masticato-
ria & fricationes & ligatura in extremitatibus & uentosa-
tiones in eis & empla rubificantia super membrum man-
dans & c. Itidem Auic. & Paul. ibi, synapsismus capiti indu-

tatur & c. Et Auic. ibi, ex eis uero quæ materiã ad inferiora trahunt & c.

De roboratione cerebri ac residui resolutione habes plura ex Auic. prima tertij, tra. 5. ibi, & post illud permuta complexionem cerebri cum confortatiuis calefacientibus ex emplastris & synapi & c. Paul. lib. 3. cap. 13. iubet ad hoc caput esse tendendum & ex peucedani liquore cui spondylium sit incollum cum aceto diluto perungendum & c. Mes. & in omnibus his retificatio cerebri debet esse intentio prima & c. Aracul. unum est ut fiat attractio materierum de profundo capitis ad cutim, ad quod ualet hoc emplastrum 32 ammoniaci dissoluti cum pinguedine anatis uel milui untias duas fermenti untiam unam sinapis untiam semis cantaridarum. 3. s. peonie 3. ij. fiat emplastrum, quo remoto inungatur cum pinguedine milui & iterum apponatur & auferatur, donec crusta appauerint & c.

Quæ excitare possunt morbum comitalem.

Excitant epilepsiam Apium & in hoc consentiunt Plinius lib. 20. Auic. Serapio & Mes. Item Alleum Asphaltum, nidor cornu capræ uel hirci uel cerui, Item ostracorum & sulphuris suffumigium. Lacq; omne nocet secundum Serapionem.

Morbum comitalem curantia.

Cardamomum, balsamum populus nigra ficus, iūcus odoratus lepus terrestris mustella, iecur et unguis asini lichē equi, iecur, hirci, hirūdines, lac humanum, coagulatum, fel, sanguis, finum, plantago, eryngion, ruta, seseli, libanotis, spondylium, peucedanum, lasserpitium galbanum, sagapenum, ammoniacum, trifolium, coniza, anchyllis, symphyton, cestron, pentaphylon, uiola purpurea, helleborum nigrum, ampelos leuce, oxymel, acetum scillite, lapis selenites, lapis actites & c.

Confectiones ad hunc morbum idoneæ sunt aromaticum mo

schatum, confectio nic confectio de moscho, diacastoreū nic. potio sancti Pauli, Pliris arcoticon nic. pillule inde pillule Alex. de sex rebus, pillule ex artemisia &c. Si quis scire uoluerit, quo pacto applicari debeant simplicia legat de singulis Diosco.

Quæ curant a proprietate.

Vgo curantia a tota specie sunt, hepar lupi, hepar milui, pelvis frontis asini portata super carne nuda, cingulum ex pelle caude lupi, aut frontis eius. uesica apri cum urina puluerizata, omnia coagula & propria leporis, pyretrum conditū, peonia, uiscus quercinus, caput cuculi, oua corui, smaragdus portatus, lapis spongiæ phylipendula in cibis, os hominis &c.

De pronosticis morbi comitialis.

Hippoc. aphor. 2. aphor. 45. Quicumq; iuuenes morbo comitiali laborant, mutatione ætatis temporum & locorum et uictuum quoq; liberantur. B. i. Quæcumq; possunt patientis temperaturam permutare, ea a morbo ipsum liberant. Et aphor. 5. aphor. 7. Quibuscumq; morbi comitiales fiunt, ante pubertatem mutationem accipiunt quibus autem uigesimo quinto commoriuntur. B. Nota q; pubertas durat a. 4 usq; ad. 25. annum. Gale. 3. de loc. aff. cap. de mor. comit. Porro in his omnibus affectibus in quorum numero est epilepsia periculi magnitudinem ex anhelitus nocumento conijcere oportet. Paul. lib. 3. ca. 13. Si acutissimus fuerit affectus, tum ob crebras accessiones, tum ob symptomatum uehementiam, statim iugulat. Itidem Aet. & Auice. ibi, & quando continuantur paroxysmi epilepsie interficit &c. Paul. lib. de dinamidijs, Si quis lunaticus spumat & oculos conuertit & fremit & mugit & cadit & membra contraxerit & colorem similem croco habuerit moriturus est. Razes. 1. comm. auctoritate Hippoc. Multi pueri moriuntur ex eo quia eorum uenæ arcte sunt &

phlegma plurimum recipere non possunt. Auic. prima tertij, tra. 5. Et quando apostemata apparent in ea foriassè resoluūt eam & minuunt materiam eius, & multotiens mutat epilepsiam ad melancholiam, & multotiens resoluitur propter febres, quæ sunt longæ, & epilepsia melancholica est deterior quam phlegmatica & c.

Michael Sauonarolus inquit q̄ si infans est genitus tempore menstruorum uel presente epileptico, q̄ incurrit in epilepsiam incurabilem, sed quæ ita sit diuinare non possum, et forte pace sua dixerim, hoc somniauit. Hippoc. de mor. sac. quum inueterauerit, amplius medicabilis non est, quoniam cerebrum pituita consumitur & liquefit, quo liquefacto crebrius corripuntur & c.

Authores dissentientes circa morbum comitiale.

- 1 Adserere, in epilepsia sensum & motum omnino integre auferri.
- 2 Adserere, cum Auerroë causam immediatam epilepsie esse uaporem absq; materia fouente.
- 3 Adserere, epilepsie causam & locum affectum non idem esse cum apoplexia.
- 4 Adserere, epilepsiam per consensum post pubertatem non posse curari.
- 5 Adserere, omnem mutationem ad calidam complexionem & siccam, curare epilepsiam.

Confutatio dissentientium circa morbum comitiale.

Ad primum respondet Gentilis & Auer. 3. collig. cap. ulti. q̄ in epilepsia in relationem ad apoplexiam, non aufertur sensus & motus omnino integre quia cuiuslibet epilepsie obstructio non est integra. seu omnimoda uti in apoplexia, itidem Gale. & Auic. ut supra.

Ad secundum Auic. prima tertij, tra. 5. impugnat ipsum

Auerroim, probans q̄ pura qualitas sine materia fouente hoc per se efficere non possit, uide tu eius rationes. Hoc idem ait Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, Plane constat hanc in cerebro affectionem, consistere, impediēte humore animale[m] spiritum, quo minus possit exire & c. ex quibus uerbis non puram qualitatem, sed potius humorem causam esse conijcere possumus & c.

Ad tertium Gal. aphor. 2. commē. 45. Morbus comitialis inquit est proximus quodammodo apoplexiæ quum idem locus in utroq; patiatur, & idem humor in causa sit & c.

Ad quartum Gal. 5. de loc. aff. cap. 6. Exemplum affert de quodam grammatico qui ex affectu oris uentriculi, morbo comitiali corripiebatur, cui probam concoctionem procurans & robustum uentriculum efficiens, simulq; purgans cum hie ra. uiginti annis quibus postea superstes fuit, integra ualitudine uitam exegit, quæ si uera sunt, sequitur q̄ ea quæ per cōsensum fit saltem si non quæ per essentiam curari possit.

Ad quintum Gal. 2. aphor. comm. 45. respōdet q̄ non quælibet mutatio morbum soluit comitiale[m], sed ea tantum, quæ calidiorem & siccio[re]m corporis habitum efficit & c. igitur non quælibet mutatio, sed quæ corpus tantum ad has qualitates peruerit & c.

De apoplexiæ descriptione.

Apoplexia est quedam uentriculorum cerebri obstructio, per quam membra motu & sensu priuātur, uel ἀποπλεξία quæ latine dici potest syderatio est priuatio motus & sensus totius corporis una cum lesione principalium actionem de repente incidens, in qua non tantum motus & sensus, sed etiam interdum ipsa spiratio uehementer impeditur, & hæc acutissima est apoplexia.

Loci consentientes de descriptione apoplexiæ.

Auic. prima tertij, tra. 5. Apoplexia est otiositas membrorum a sensu & motu propter opilationem contingentem in uentriculis cerebri & in curvis spiritus sensibilis & moti ui & c. Gal. lib. finit. med. Apoplexia est detentio mentis cum priuatione sensuum & corporis resolutione & c. Cels. lib. 3. cap. 27. mentionem facit de apoplexia simul & paralesi. Paul. lib. 3. cap. 18. et Aet. ser. 6. ca. 27. describunt etiam apoplexiam ibi est affectio cerebri priuatio motus & sensus totius corporis & c. Similiter Gal. aphorif. 2. comm. 42. ibi, ubi in apoplexia totum corpus sensu & motu priuatur. solus restat anhelitus, Quasi etiam ipse prohibeatur, maxima est & acutissima hæc apoplexia & c. Auer. 3. colliget cap. ult. Apoplexia est quum homo cadit in terram & cessat eius uox & priuantur omnes operationes motus totius corporis & c.

De causis apoplexiæ.

Quum apoplexiæ causa sit obstructio ut dictum est, duplex erit obstructionis causa, uel clausio, uel repletio, clauditur cerebrum, uel ex causa uirtutem stimulante, unde fugit & contrahit, uel ex causa dolorem inferente, uel ex mala qualitate frigida styptica uentriculos cerebri opprimente, Repletur cerebrum uel ab apostemate calido uel frigido, uel ex materia pituitosa uel melancholica uel sanguinea, raro fit a pallidabile, fit etiam a percussione aut casu, aut per consensum & c.

Loci consentientes de causis apoplexiæ.

Auic. prima tertij, tra. 5. Hæc quidem opilatio fit aut propter clausionem, aut propter repletionem, clausio fit quum id ad cerebrum perueniat quod dolorem facit, aut impediatur et moueatur motu contractionis, aut qualitas perueniens ad ipsum stypticum faciens & c. Repletio aut est apostemans, aut non & c. lege fusius & cetera habebis. Gal. aphorif. 2. com. 42. Omnes autem apoplexiæ, fiunt ut animali non potente

ad partes infra caput existentes defluere, aut propter aliquã dispositionem inflammationi similem, quæ sit in ipso cerebro cõstituta, aut uentriculis ipsis humore pituitoso oppletis &c.

Paul. lib. 3. cap. 18. origo uitij est ex frigidiore pituita, quæ cerebri principalissimos cerebri uentriculos una uice et cumulatin replet &c. Gal. aphor. 6. commẽ. 56. Apoplexiæ & conuulsiones fiunt propter humorem pituitosum, aut melancholicum, quoniam communis utriusque est crassitudo, B. hac ratione motus Hippoc. in aphor. 57. eiusdem dixit apoplexiæ fieri a quadragesimo usq; ad sexagesimum, quoniã in his maxime temporibus abundat uterq; humor &c. In reliquis lege Aet. ser. 6. cap. 27. in principio, item Gale. 4. de uic. in morb. ac. commẽ. 27. & 3. de loc. aff. cap. 7. Item Alex. & Arcul. & Gord. &c.

De signis apoplexiæ.

Signa præcedentia sunt, dolor capitis, uertigines & scotomia, uenarum circa guttur inflatio, totius corporis tremor & stridor dentium in somno, grauitas ac pigritia, frigus extremarum partium, motus difficilis, urina æruginosa atra & modica. Signa actualis apoplexiæ, sunt quia subito infirmus cadit, & ueluti attonitus iacet uox amittitur cum totius corporis sensu & motu citra febrem, in somno stertit, uocatus non respõdet, nec diuulsis pillis uel stimulo punctus nõ sentit.

Signa apostematis sunt febris superueniens dolor &c. Signa loci affecti sunt, quia si fuerit in uentriculis prioribus, aut in meatibus qui uentriculis dicuntur, tunc resoluta erunt faciei partes, aut odoratus uitiat, si in uentriculis posterioribus, tunc resolutio erit in spinæ principio. Signa humorum non est ut totiens repetantur, quum a nobis alias satis superaque relata sint.

Signa quibus apoplexia a subet syncopi epilepsia uterõ

strangulatu & a defuncto corpore differat. intelligens ex locis allegandis infra signa eius que fit a percussione, aut causa cognosces ex narratione infirmi & c.

Loci consentientes de signis apoplexiæ.

Paul. lib. 3. ca. 18. loquens de signis præcedentibus inquit. Præcedunt capitis turbatio, acutus dolor et iugularium uenarum suspensio, tenebræ oculis offusæ, extremarum partium sine ratione algores, totius corporis palpitatio, motus difficilis & dentium in dormiendo stridor, urina eruginosa atra, modica & c. Et Auic. prima tertij. tra. 5. ibi. antecedit soda & inflatio guidex & c. que habet Paulus sed rudioribus uerbis expressa. De signis præsentibus habes locum in Razes. 9. alma. ibi. Quum aliquis quasi dormiens iacet & sine somno stertit & quum pungitur nõ sentit, tunc iam patitur apoplexiam. quæritas ægritudinis est secundum q. fortiter aut debiliter stertit. Oribasius. 2. aphor. comm. 4. 7. Cognoscimus esse apoplexiam dum spumam edit & extensionem molitur & oppressionem & c. Itidem Paul. ibi. Procumbunt. i. attoniti iacent uox interceptitur & c. Gal. 1. meth. ca. 9. ibi. si quis tribus horis sue quatuor sue horæ dimidio, toto corpore sit uehementer arreptus, ut neq. sentiat, nec moueatur, hunc apoplecton sive attonitum esse dicimus. Signa apostematis habes etiam ex Auic. prima tertij. tra. 5. ibi. Que autem est ex apostemate, non euacuantur a febre & c. B. idcirco febris fit, quia dum pus conficitur, dolores & febres accidunt teste Hippocr. aphor. 2. aphor. 4. 7. Signa humorum peccantium sibi ab eodem et Auic. recitantur ibi dem. et illa que fit ex sanguine significant signa sanguinis predicta multis uicibus & est faeces rubra & c. Illa uero que fit ex phlegmate, significat color & forma oculi & c. lege de his Alexa. Arcil. & Cord. De signis quibus apoplexiam differt a subet & c. loquitur primum Auic. ibi diff. inter apople

xiam et subet est, q̄ apoplecticus clamat &c. Arcul. differt a sincopi, quia facies ueluti mortui & pulsus debilis ualde & sumersus, in apoplexia uero facies et pulsus cōsuetus. Differt ab epilepsia, quia hæc cum periodis, & cum motu conuulsio uo cito soluitur & ad paralesim non terminatur ut apoplexia, differt a uulnere strangulatu, quia præfocata sentit audit & habet omnes interiorum sensuum operationes, non autem apoplexia, differt a mortuo per quatuor signa ab ipso recitata sicuti percotum subtilissime carminatum ori admotum aut per speculum lucidum ac tersum naribus appositum &c. Vide Marc. Catin. Auic. loc. cit. & tardetur sepultura ambigui ex mortuis donec perpendatur eius dispositio & nec sit minus. 72. horis &c. Quis in sepultus tanto tempore remanere debeat, in hoc consule conciliatorem, mihi uidetur potissima ratio, quia in hoc potissimum tempore fetor apparet qui mortuum hominem proclamat &c.

De cura apoplexiæ sanguineæ.

In apoplexia primum coniectari oportet, an patiens mortuus sit, an adhuc supersit cum hisdem signis nuper a me recitatis. Deinde si in causa fuerit sanguis, tunc triplex erit curæ di scopus. Primus reuulsio. Secundus euacuatio, Tertius male complexionis derelictæ remotio. Reuulsio statim fiet per sectionem uenæ saphenæ aut basilicæ præsertim si corpus fuerit plethoricum, aut solitæ purgationes oppressæ sint, si minus fiet sectio uenæ cephalicæ aut uenæ frontis & sufficiet etiam pro euacuatione. Remotio male complexionis derelictæ fiet cum epithemate ex aceto & oleo rosaceo, & hoc in fine, ne in principio morbi facta magis obstruat.

De cura apoplexiæ pituitosæ.

Cura pituitosæ apoplexiæ requirit quatuor intentiones, scilicet euacuationem, reuulsionem & deriuationem, reser-

diu resolutionem. & sex rerum nō naturalium regimē. Eua-
 cuatio fit per sectionē uenæ si cum pituita signa sanguinis ad-
 fuerint, si minus statim per pharmacum absq; ulla humorum
 preparatione. Nam tardare in acutis malum est. aut fiat per
 enemata. suppositoria. uomitoria aut per pilulas chochias fe-
 tidas de euphorbio cum syro, de steechade aut aquis capiti di-
 catis dissolutas. Clysteres parari possunt cum decoctis saluie
 maioranæ. rorismarini origani calamenti, centaurij abroto-
 ni peoniæ pulpæ colocynthidos additis hierælogodionis cas-
 sie extrac. Sacchari partibus oportunis & cum oleo camo-
 millino rutaceo laurino addito sale conficiantur & c. Suppo-
 sitoria parentur cum u. ratri uel colocynthidos puluere uel
 cum speciebus hieræ picræ sale gemeo & c. Vomitoria fiant
 cum penna in oleo liliaceo intincta ac gutturi immissa & c.
 Reuulsio & deriuatio fiet cum eucurbitulis occipitio cū sca-
 rificatione affixis, modo uires permittant. Item cum ligatu-
 ris sepe reiteratis & cum apophlegmatismis cum aceto ex
 origano & thymo decoctis, item cum sternuatorijs cum elle-
 boro & pipere, aut cum fricationibus pedum com oleo quo
 piam calido. aut cum suffumigijs ex castorio oppopanace gal-
 bano & c. aut cum synapismo aut uescicatorio capiti admo-
 to & c. Resolutio residui perfici poterit, tum per exteriora
 tum per interiora. Exteriora fiant cum epithematibus cali-
 dis que parantur ex rebus capitalibus, item cum linimentis
 inungendo cum oleo de costo de euphorbio de castoreo, cum
 emplastris in quorum numero laudatur emplastrum de sina-
 pi mes. aut cum cādenti ferro capiti admoto. Interiora per-
 ficiuntur per confectiōnes eleuaria pulueres masticatoria
 gargarismata, nam ad resolutionē simul ac diuersionem hæc
 faciunt. Confectiōnes sunt diacori, confectio ana cardina,
 item quæcumq; calida sunt & secca febrem euocantia & c.

Vicius

Vicius ratio sit calida & abstersoria, in principio tenuis atque exquisita, capiatur tantum hydromel uel aqua hordeacea modo sanguinea sit apoplexia, procedatur deinde a tenuissima ad crassiusculam dietam ita ut solo pane patiens uescatur, quousque morbus iam se remittere inceperit, deinde cibus molis & succulentus concoctu facilis dandus similiter uinum aqua dilutum & carnes exhibeantur. Exercitium ante cibum commendatur uel loco eius fricationes. somnus modo conceditur modo damnatur, si fuerit multus, aut si assumpto statim cibo quis dormiat, conceditur uero ex eo quod concoctione adiuuat & cerebrum roboret et uaporum resolutionem perficit &c. Conferunt etiam quandoque animi accidentia sicuti est irasci &c.

Loci consentientes de cura apoplexie sang.

Auice. aliquando accidit ut homo in epilepsiam incurrat & non sit differentia inter ipsum & mortuum, idcirco in primis considerandum num aeger uiuat uel mortuus sit. Mesu. cap. de apople. Conaberis a principio materiam subtrahere in quantum possibilitas exigit & si sanguineam uideris, utriusque partis illico phlebotoma cephalicam, simul cum emissione multi sanguinis & consequenter crura & pedes uentosari facias &c. Paul. itidem habet lib. 3. cap. 18. ibi, Qui curationem admittunt ijs statim sanguis ex uena detrahendus est eadem die. Itidem adserit Gal. in introduc. ibi, Sanguis statim mittendus &c. Auice. similiter prima tertij, tra. 5. ibi, Regimen illius quae fit ex sanguine est phlebotomia in hora illa, & missio sanguinis multi, sanat. n. in dispositione. i. cito, & post phlebotomiam clysteriza cum eo quod sciuisti de clysteribus, ut deponatur materia a capite &c. De remouenda mala complexionem loquitur Paul. loc. cita. ibi, caput inungatur oleo camomillino uel anethino in quo spondilium decoctum

fit Auic. loc. cit. Et fac ipsum olfacere quod confortet cerebrum & non calefacit, cum eo quod docui te. i. in cap. sode & c. similiter omnes practici in hanc concurrunt opinionem.

Loci consentientes de cura apop. pituitosa.

Auice. prima tertij tra. 5. Si uero cum ea que facta est ex hplegn. te inueniuntur signa sanguinis, phlebotometur, dein de clysterizetur cum clysteribus fortibus & supponuntur colyria fortia in quibus ponuntur gumæ & fel bouinum, postea bibat quod soluit & c. Cels. lib. 3. cap. 27. proderit malo corporis uel sanguis missus uel alius ducta & c. Aet. ser. 6. cap. 27. Qui uero ad uene sectionem inepti sunt, primum ad uomitum comoueantur & sedes ipsorum illinatur ijs que flatus educunt & c. Paul. lib. 3. cap. 18. oportet & ori per uim aperto digitum uel pennam oleo mod. factam inserere, ut ea que insunt eiciantur. Auice. loc. cit. Et si possibile est fac eum uomere cum penna immissa gutturi illinita cum oleo liliaceo & proprie quum existimatur q. in stomacho aut in eius ore sit repletio & c.

Obiectio.

Celsuidetur esse huic opinioni contrarius, cū dicat nō oportet in hoc casu uomere, neq; urinam medicamentis mouere.

Responſio.

Intellexit Cels. si neruorum dolor aut tremor, qui quando accidere solet in presentiarū adesset, quia tremor neruorum ex uomitu magis intenderetur, alioqui uomitum & ipse a cere uilem non proposuisset & c. De reuulsione et deriuatione loquitur Aet. ser. 6. cap. 27. ibi post purgationē cucurbitæ præcordijs aut capiti affigatur cum scarificatione. Similiter Auic. prima tertij tra. 5. ibi, & non est malum post euacuationem ipsius cum clysteribus & similibus, ut naribus aliquid approximetur & proprie conditi & caput purgia fortia & c. Itidē Paul. loc. cit. ibi, si uires permittant cucurbitule occipitio cū

scarificatione defigantur & si fieri potest etiam precordijs,
 ualeitudini etiam faciunt quæ sternutamenta excitant & apo-
 phlegmatisimi ex thymi & origani decoctis parati & c. De
 resolutione residui habes plura ex Auic loc cit. ibi, & fiant
 post, super caput eius uaporationes calefacientes sicut ex ane-
 tho amaraco folijs citri calamento origano & c. uel fiant in-
 unctiones ex oleis calefacientibus & confortatiuis, et ignitū
 ferrū apponatur capiti uel aliquod emplastrū ex resolutiuis
 q̄ sciisti & c. et hæc de exterioribus, nam de interioribus po-
 stea medicamentis loquens dixit & cum uideris alleviationē
 fac gargari smata sternutationes & pone uentosas super col-
 lum & c. De regimine uictus Aet ser. 6. ca. 27. inquit curandū
 est ut accipiant cibos quotidie quidem uerum paucos leues et
 calidos & exterforia uel preditos plerunq; cum melle edulca-
 tos, intellige in pituitosa apoplexia. Auic prima tertij, tra. 5. et
 subtilia regimen ipsius & sis contentus in eo iuleb & aqua
 hordēi subtili & aqua casei, Intellige in prima die & in san-
 guinea apoplexia, nam de pituitosa postea loquens dixit &
 potius eorum sit aqua mellis et panis cum ficibus siccis est bo-
 nus eis, quidam uero dicunt ex eis esse bonum origanum eum
 lentibus & uin. & passe & amygdale & ficus sunt ex fructibus
 conuenientibus eis & c. Paul. lib. 3. ca. 18. ubi morbus se remis-
 serit cibus mollis distribui facilis succulentus assumetur &
 paulo infra uinum tenerum, calente aqua temperatum potui
 exhibebitur & c. Auenzoar sint carnes syluestres non in do-
 mibus pingues facte, unde passerēs & omnia minutarum au-
 um genera in declinatione morbi conueniunt. Auic. loquens
 de uino inquit non nouum sit ob eius superfluitatem non anti-
 quum ob uelocem eius penetrationem, sed inter utrunq; eo-
 rum magis erit conueniens intellige inclinato morbo, nam in
 principio nusquā cōuenit, Cels. lib. 3. ca. 27. potus sit sine uino

aqua calide. i. in principio Auenzoar, nec potent aquam frigidam, nec aqua per se, sed aquam tepidam cum sy. corticum, citoniorum cum melle, si uero dederis uinum da solum untiã unam in fine pro confortatione membrorum. & c.

De motu loquitur Auic. ibi, Quã aut uoluntas adest, ut cauet, nõ est malũ, si ante, præmittatur exercitũ leue et moueant mēbra laxata motu aliquo & c. Paul. gestentur ægri curru aut lectica aut lecto pensili & c. De somno & uigilia Auic. dixit, Quum aliquid assumunt, non dormiant super ipsum uelociter, sed expectent aliquantulum donec descendat & digeratur digestionem aliqua, Nec etiam plurimum uigilent, illud. n. uiuat cerebrum & resouit ex cibis uaporem non digestum prohibentem digestionem & c. B. Hinc pende quorundam errores qui nullo pacto apoplecticum dormire permittunt, caueat tamen etiam medicus ne ex hac Auic. licentia ægrum in somno postea perdat, unde apprehenso manibus pulsu si nimis sentiat calorem profundari, statim infirmum excitet, ne amplius dormiat & c.

Observationes de sectione uenarũ.

Aet. ser. 6. c. 27. Copia sanguinis qui detrahatur, diuidatur, commouere, n. tantum oportet, non uires exoluere & calorem extinguere & c. Marcus Catinarius ne feces uenas guidet. i. iugulares sicuti præcipit Razes, nam difficillime consolidantur, & recitat historiam de quodam scholari in his uenis vulnerato qui mortuus est. Paul. 4. de uic. in morb. ac. cõmen. 27. primum ante sectionẽ uult per omnes corporis particulas, frictions fieri ut sanguis extenuatus facilius exeat & c.

Observationes de topicis.

Auic prima tertij, cap. de apople. & oportet ut incipias a debiliori unctioe, si confert & si non, adde & permuta ad id quod est fortius. Obiectio.

Auic. primo can. fen. quarta, cap. 1. In forti morbo debemus, inquit, a fortiori medicamento incipere, quomodo hic adferit contrarium.

Responsio.

Tuae obiectioni respondet Concil. differentia. 154. inquit esse hanc curam Auic. tentatiuam & c. Vide eum susus si libeat.

Observationes de potu.

Auic. loc. cit. & potus super cibum est ex rebus magis notitiuis, ac si diceret a prandio uel a cena nullo modo bibant & c.

Apoplexiam excitantia.

Excitant apoplexiam fungi mandragora & pomorum nimius usus & odoramentum.

Apoplexiam curantia.

Conferunt apoplexiæ absinthium, anacardis, acorus, betonica, colocynthis, galliæ odoramentum, euphorbium, pistrum, consedlio anacardina, theriaca diatesseron, theriaca magna, hieralogodion, & quæcunq; dicta sunt in capite epilepsie huc referantur, Vide insuper aggregatorem cap. de apop. Item Guilielmum, & Varignanam, capite proprio, Item cõsilia Bertholamei Montagnani, præsertim ubi de epilepsia loquitur & c.

De pronost. apoplexiæ.

Hippoc. 2. aphor. 42. Soluere morbum quem apoplexiam uocant fortem, impossibile, debilem uero non facile. B. Fortis apoplexia magna ex parte curationem non admittit, ob respirationis lesionem, aut uirium imbecillitatem, debilis uero non facile, quia terminatur in paralesim. Vnde Auic. Paul. Aet. Razes, ut plurimum in paralitidem terminatur & c. Et aphor. 6. aphor. 51. Quicunq; sani a dolore capitis de repente capiuntur et incurrunt apoplexiam, ij in septem diebus pereunt, nisi febris apprehenderit. B. Intellige si dolor fiat a spiritu flatuoso, & apoplexia a materia pituitosa

sa, quia tunc febris superueniens dispositionem soluit calefaciendo extenuando ac resoluendo spiritum statuosum et humorem pituitosum. Pereunt in. 7. inquit Gal. quia pars principalis non diu tolerat fortes simul & diuturnas passionibus. Auic. prima tertij, tra. 5. Et quum acciderit febris tunc spes sit, ut cum ea resoluatur superfluitas &c. Aet. ser. 6. ca. 27. exhibet spem salutis ipsa calamitas febris. Paul. lib. 3. cap. 18. Apoplexia morbus nequaquam aut raro curatur, ut qui minetur mortem in propinquo. Si uero etiam remedia admittat plurimum cum partis cuiusdam corporis resolutione discedit &c. Razes. 9. alman. Si spuma ab ore exeat, non est ei medicamen, adijcit his Arcul. q. si admotis ualenter sternutatione mouentibus & non stertat neque impressionem sentiat, quod est mortale &c. Cels. lib. 3. cap. 27. post sanguinis missionem, si non reddit motus & mens, nihil spei superest. Gal. lib. de dynamidijs Apoplecticus quem ex multis rebus desiderat sibi cibum afferri & potum, & statim haec abominatur, mortem sibi imminere significat. B. In hoc tamen tu considera rorbur uirium & equum iudica &c. Auic. loc. cit. Et scias quod plurimum accidit apoplexia habentibus aetates & corpora & regimina humida & proprie quum adest cum humiditate frigus, si autem accidit cum caliditate complexionis et siccitate, tunc est res praua, & gritudo enim contraria complexionis non accidit nisi propter magnam causam &c. Cum seni etiam accidit uertigo comitans, iterata, tunc illud nunciat apoplexiam &c. Mesu. cap. de apople. inquit illico ad ministraretur omnis cura, nam dilatio ducit ad mortem festinam, quum morbus per se parum curam recipiat. Idecirco cum protestatione mortis medicus se ad curam intromittat.

Autho. dissentientes circa apoplexiam.

Adserere, apoplexiae species esse tamen tres ut Auic.

2. Adferere, apoplexiam a frigido tantum humore fieri & non a calido.
3. Adferere, in apoplexia musculos pectoris ob necessitatem respirationis moueri.
4. Adferere, apoplexiam a nudo et simplici frigore posse fieri cum Auic.
5. Adferere, in acutissima apoplexia omnino deficere spirationem.
6. Adferere, apoplexiam fortem nunquam posse curari.

Confutatio dissentientium circa apoplexiam.

Ad primum quacumque sunt quatuor non sunt tres tantum, sed species apoplexiæ sunt quatuor per Gal. aphor. 2. cõm. 42. igitur non tres tantum quæ sunt quatuor, ibi enarrat Gal. dicens quæ prima est quum anhelitus prohibetur, Secunda est quum respiratio fit cum magna uis, Tertia est quæ nec intentum nec uiolentum, sed in equalem ac exordinatum ac præterea intermittentem habet anhelitum, Quarta est in qua anhelitus aliquid seruat ordinem & est debilior & cito curatur.

Ad secundum respondet Auic. 3. can. quæ causa apoplexiæ potest esse sanguis et pituita, Quare non solum a frigido, sed etiam a calido humore fiet. Item Gal. lib. de sang. miss. cap. 6. apoplexiæ proueniunt multo nimirum sanguine in principium animantis confertim incumbente, itidem ait. 4. de uic. in mor. ac comm. 27. & in lib. introd. siue medico appellato & sic etiam a calido fiet.

Ad tertium Gal. aphor. 2. comm. 42. Verum in apoplexijs nõ ob id quod sit adauicta necessitas respirationis, sed quia uis est imbecillis, idcirco muscoli pectoris coguntur operari &c.

Ad quartum respõdet Gale 2. de loc. aff. cap. 7. ibi, apoplexia quæ subito eueniat, aut frigidum aut crassum aut uiscidum quidpiam quod principes cerebri uentriculos affatim implet.

non autem totius substantie intemperiem, causam esse manifestum est. Idem confirmat Aet. ser. 6. cap. 27.

Ad quintum Gal. 6. de loc. aff. cap. 4. quippe in confesso est & spirationem a uita & uitam a spiratione, seperari non posse, adeo ut uiuentem non spirare & spirantē non uiuere, sit impossibile, igitur spiratio omnino non deficit, nisi uellemus apoplexiam mortem appellare, uerum ut ipse inquit Gal. adeo potest esse exigua ista respiratio ut sensum omnino effugiat, iridem ait. 4. de loc. aff. cap. 7. & c.

Ad sextum Gal. 2. aphor. comm. 4. 2. Videtur inuere q̄ interdum possit curari, per id quod dixit magna ex parte curationem non admittit, Præterea regule medicorum non semper sed ut in pluribus intelliguntur, igitur interdū curabitur. Præterea Hippoc. 6. aphor. 51. apho. inquit apoplexiam forte in septem diebus ægrum perdere, nisi febris apprehenderit, igitur febre superueniente curatur. Quod uero de forti apoplexia intelligat lege Gal. in comm. ibi, multos solet Hippoc. nominare & c. Item Auic. prima tertij. tra. 5. cap. de apople. accidit inquit ut homo epilepsiam incurrat & non sit differentia inter ipsum & mortuum & non apparet anhelitus, dein de reuiuiscit & sanatur, & tamen intelligit de forti apoplexia, igitur & c.

De paralytidis descriptione.

Quum Paralysis binas habeat descriptiones propria. scet communem. Ista erit propria paralysis est mollificatio totius medietatis corporis cum priuatione sensus et motus, communis est ista paralysis est ablatio uel diminutio in sensu & motu uoluntario, aut mixto in aliqua corporis parte, non in toto, motus ubi deperditur & si sensus integer remaneat semper paralytidem efficit. Quir autem interdum remanent e sensu solus amittatur motus et e contra triplices assignantur

cause, Prima quia ex paucitate spiritus, motus potius quam sensus deperditur. Secunda quia aliqua materia est in nervis motus & non sensus, Tertia quia temperies pro uno magis quam pro alio corrumpitur, nam si corrumpatur ab humido motus deperditur, si uero a sicco sensus &c. In hoc morbo interdum cerebrum, interdum nervi musculi ad motionem deputati afficiuntur, quod si materia obstruens in ambobus cerebri uentriculis foret, tunc apoplexia diceretur, si uero in uno tantum latere, hemiplexia, si in parte nuche omnes corporis partes præter faciem resoluuntur, si in parte spinæ siue dextra siue sinistra fiat obstructio, tunc in ea parte erit resolutio &c.

Loci consentientes de descriptione paralytidis.

Quod binæ sint paralytis descriptiones. lege Auic. secunda tertij, cap. de paraly. ibi, Paralytis quanquæ dicitur sermone absoluto, quanquæ sermone proprio &c. Gale. lib. finit. med. Paralytis est affectio uoluntarium motum offendens in partibus uel parte quadam contingens. Item Prorrh. 3. comm. 26. paraplegia talis est affectio unius partis corporis qualis paraplexia totius &c. Et quarto de sympt. cau. cap. 5. si nervi a principio fiant stupidi, dein de omnino sensum & motum amittant, paralytis. i. neruorum resolutio dicitur. B. Pende ex hoc loco quod paralytis a stupore non differt nisi in magnitudine. Auic. secunda tertij, cap. cit. & multotiens remanet cum ea sensus, quoniam materia est in nervis motus & sensus, & una est causa, quare motus deperditur &c. Vide de his latius Auic. loc. cita & Arcul. De loco affecto loquitur Gale. 3. de loc. aff. cap. ult. Igitur quemadmodum ubi uniuersæ corporis partes quæ sub facie constitutæ sunt, resoluuntur, faciei partibus illesis, affectionem in spinæ initio esse certum est, quod si hæc quoque afficiantur, cerebro noxam iam illatam esse ostendit.

ditur. Act. ser. 6. cap. 27. plura habet de his, ibi, si omnes ner-
ui sensum & motum amittant &c. Item Paul. lib. 3. cap.
18. adserit lege etiam Gale. 4. de sympt. cau. cap. 5. fusius, item
4. de loc. aff. cap. de lingue aff. ibi, Quum utraq; cerebri pars
&c. Item Auic. loc. cit. ibi, si materia aut lesio fuerit &c.

De causis paralytidis.

Cause sunt tres, Primitiue antecedentes & coniuncte,
Primitiue sunt regimen frigidum & humidum in sex rebus
non naturalibus, Incisio neruorum, dislocatio spondilium,
ligature comprimentes, percussio in partibus neruosis, & ac-
cidentia animi ut timor ira, Item egritudines precedentes
sicut apoplexia epilepsia colica uteri strangulatus &c. Cau-
se antecedentes sunt quatuor humores, inter quos plerunq; in
causa est pituita interdum sanguis, raro melancholia, rarissi-
me omnium bilis, nisi alijs humoribus admisceatur. Cause cõ-
iuncte, sunt repletio, uel inanitio, uel apostema in principio
nuche, uel in una parte actu contenta obstruens, item immode-
rata temperies frigida & humida cū materia et sine materia,
licet etiam immoderata temperies calida & sicca sensum &
motum ex sua immoderantiã debilitet &c.

Loci consentientes de causis paralytidis pri.

Auic. secunda tertij, tra. 1. cap. de cau. paraly. de causis pri-
mitiuis loquitur, ibi, porrorum contractio quandoq; accidit
propter ligaturam, aut quandoq; fit ex compressione uehemẽ-
ti sicut accidit apud percussione[m] aut casum, aut accidit quũ
declinant spondiles & rumpuntur &c. Item incisio que est
in latitudine prohibet sensum & motum in membris & cui
accidit percussio & ictus, aut motus subito ex timore pauo-
re ir. delitijs angustia amittitur &c. Gale. itidem ait. 4. de
sympt. cau. cap. 5. ibi, idq; uel ob luxatam quandam uertebrã,
uel alio quouis modo, si quidem ingens fuerit affectus partes

inferiores subito & sentiendi & mouendi facultate priuantur &c. De casu & percussione habes ex Gale. 3. de loc. aff. cap. ult. exemplum de pausania syro, qui ex casu in initio dor si laesus duos sinistrae manus digitos amisserat &c. Similiter habes ex hoc capite Gale. plura de incisione spinae. Gale. 5. de sympt. cau. cap. 2. Corripiuntur qui uehementer fuerunt refrigerati, & qui se meraco uino ingurgitarunt, & qui diu in otio uixerunt, & qui intempestiue multam aquam frigidam biberunt &c. De causis antecedentibus habes Aet. ser. 6. cap. 28. ibi, conflatur haec affectio humoribus multis uiscosis ac crassis, nervos obturantibus per quos motus uoluntarij perficiuntur. Auic. loc. cit. & scitum est quod destructio motus & sensus fit quoniam spiritus sensibilis aut motiuus retinetur a penetratione ad membra &c. Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ubi uero deperdito sensu quis conciderit, non accidente motu, quo uel conuelli uel salire uideatur, id a uehementi frigore ortum trahere sentio &c. Et aphor. 5. comm. 17. Immodicum frigidum haec facit, conuulsiones distentiones ob neruorum refrigerationem &c. De causis coniunctis loquitur Auic. secunda tertij, cap. cit. ibi, & paralysis faciens abscissionem spiritus a membris, aut est repletio aut apostema, aut solutio singularitatis &c. Gal. aphorif. 2. comm. 20. loquens de immodica intemperie inquit, quoniam omnis immodica intemperies, imbecilem reddit aut exoluit operationem propriae uirtutis. Et in lib. intro d. siue med. Hemiplexia fit ex humorum crassorum copia, qui capitis uasa, unde corpori sentiendi mouendiq; factas aduenit, obstruunt. Itidem adserit. 3. apho. comm. 23. in fine commenti loquens de apoplexia. Paul. lib. 3. cap. 18. si partes resolutae conuellantur, uel relaxentur, id ab inanitione uel repletionem proueniet &c. Huc etiam spectant quaecunq; de causis apoplexiae nuper recitata sunt &c.

De signis paralytidis.

Quum quis sensum et motum in una parte, uel in pluribus corporis partibus amiserit, tunc paralytidem pati dicimus. Signa si fiat a primitiuis causis habentur partim ex relatione infirmi, partim ex quadam coniectura. Signa ex causis antecedentibus, si sint humores cognoscuntur, quia si sanguis, adest inflatio uenarum, totius repletio, oculorum rubedo &c. Si pituita, adest albedo mollities, urina alba, pulsus debilis tardus &c. Signa ex causis coniunctis, si adsit apostema, cognoscitur, ex febre, dolore, tumore & duritie in loco percepta, si immodica intemperies com materia replens cognoscitur ex tactu, uel ex his que iuuat & nocent, item ex habitudine, uictu precedente & similibus &c.

Loci consentientes de signis paralytidis.

Razes. 9. alman. Quum aliquis se mouere non ualeat, aut unum, aut plura membra ex suis & sensum illius membri siue membrorum amiserit incurisse paralytism pronunciamus. Auic. secunda tertij tra. i. cap. de sig. paraly. illa que est a torositate, aut a casu & percussione, aut sectione cognoscitur ex precedenti causa. Et primo lib. fen. secunda cap. de signis dominij humorum & loco citato habet omnia signa humoru presertim ibi, & si materia est cum sanguine significat eam guidex & uene et oculus & repletio &c. lege fusus in hoc loco et intelliges cetera a me dicta, lege etiam Arcul. et Gord. & Sauona. & Auic. ibi, si fieret ab apostemate calido tunc extensio & febris &c.

De cura paralytidis.

Ad curationem quinque expediunt, uidelicet uictus ratio, humoris preparatio, euacuatio, reuulsio & deriuatio, residui resolutio & membrorum roboratio. Uictus ratio sit attenuatoria sicca non uiscosa, non uirosa, sed uentri accommoda.

urina ciens, in quantitate modica, utatur his, quæ roborandi nervos facultatem habent, tolleranda est fames & sitis, in potu exhibeatur hydromel potius quam uinum, nam materias ad nervos uinum penetrare facit & procul sit acetum, nã ualde nocet, in morbi recessu, uinum antiquum paucum exhiberi debet eo q̄ calefaciens & exiccans ægritudinibus nervorũ confert. Similiter & frictio & gestatio in lectica, aut uehiculo & balnea commendantur. Humororum præparatio fiet cum calefacientibus & exiccantibus ut puta cum hydromelle syrupo de stechade rhodomelle cum aquis saluie betonice rosamarinii, huc etiam spectat oxymel simplex sed ratione aceti cum syrupo mellino rectificandum est. Euacuatio fiet per ea quæ redundantẽ humorem euacuãt, ut cum hiera simp. & composita, hiera hermetis hiera logodione, nec ab re existimare, si a uene sectione inciperemus, moderatamq; detractionem moliremur, ut ne agri nimis perfrigerentur, fiatq; detraçtio per antithesim, a sanioribus partibus, nisi quid aliud impediat. Reuulsio & deriuatio, si ea quæ a cerebro ad nucham consuunt ad alias regiones trahamus cum cucurbitulis affectis partibus affixis, enematis masticatorijs, erinis sue sternutatorijs frictionibus & his similibus. Resolutio restitui paratur per exteriora & interiora. Exteriora sunt linimentis ceratis emplastris & balneis. Linimenta parantur cũ oleo camomillino de spica, de costo de terebinto, uulpino, de castoreo &c. Cerata similiter fiunt cum puluere lumbricorũ galanga pietro castoreo additis oleis cera & pice emplastrum profunt quale est emplastrum de sinapi Mes. uel fiant cũ herbis capitalibus additis oleis & aliquali farina. Balnea cõferunt tam naturalia sicut sulphurea quã etiam arte parata. Interiora sunt electuaria, confectiones pulueres & similia. Electuaria sunt diamuscus dulcis, Theriaca & omnia deniq;

quæ calefaciunt siccant & resoluunt. Confectiones sunt acorus conditus, Pulueres camapitheos stechados &c.

Loci consentientes de cura paralytidis.

Aet. ser. 6. ca. 28. loquens de dicta inquit, sit attenuatoria uet tri comoda nihil uiscofi aut uirosi habes &c. Paul. lib. 3. cap. 28. cibi conueniunt ad concoctionem expediti, nec recrementitij, & paulo infra uictus sicior utilis est potio modica & frictio &c. Mesu. ca. de paralyfi, utantur cibus qui proprietate habeant confortandi nervos qualia sunt grana pini, leporis cerebrum origanum hisopus piper gingiber sansuccus saluia &c. hoc intellige in causa frigida et in processu morbi. Auic. secunda tertij, stude ut facias pati famem, & ciba cum cibus sicis & fac tollerare sitim & in secunda mensa, iuuat uti medula nucleorum pini & scias q. aqua melior est eis quam uinum. nam materiam in neruis penetrare facit & ut plurimum acefcit. acetum uero est ex rebus quæ sunt neruis nocibiliores &c. Conciliator diff. 144. Non competit uinum si materia cruda & in fluxu sit, si uero digesta & facte sint euacuationes paucum uinum antiquum confert, nam materias resoluunt & exiccat. B. Nota paucum dixisse ex eo q. Mes. dicebat scito uinum esse neruis inimicum et oculis p se. Ipsius. n. abusus causa est morbi per se, Itidem. Auic. loc. cit. Paul. uomitus a cena conuenit, item gestationes curru lectica aut uehiculo &c. De preparatione humorum meminit Auic. secunda tertij, quando dixit, & in hac hora sis contentus rebus subtilibus ex his quæ leuiter digerunt & soluunt, unde dixerat q. quando; exhibetur oxymel cum sua dispositione & oppopannacum cum syropo de melle &c. Aet. ser. 6. cap. 28. utendum est etiam potionibus relatis ad morbum comitalem, q. uero per potiones intelligat: syrupos & ea quæ incidendi uim habent, manifestum est ex his quæ ab ipso supra relata sunt &c.

Mesu. Adequatio fit materiei, cum administratione rerum morbi materiam carminantium maturantium &c. Vide de hac preparatione humorum plura iuxta notericos practi-
cantes &c. De euacuatione facit mentionem Aet. ser. 6. cap. 18. ibi, Manifestum igitur est, quod redundantem humorem euacuare oportet, nec aptius principium in his reperire datur quam uenæ sectione, si permisserit ætas habitus tempus prægressus uictus &c. oportet autem moderatam detractio-
nem facere ut ne perfrigerentur, Quapropter minuenda est materia paululum, detractio uero fiat a sanioribus partibus &c. Auic. In illa autē in qua est spes oportet incipere a phlebotomia &c. Paul. loc. cit. Quoniam partes resolutæ uel conuelluntur uel relaxantur, id est a repletionē uel inanitionē, attendū rursus est partim sanguinem detrahi debere partim non &c. Mesu. cap. proprio euacuatio fiet cum administra-
tione propriorum euacuantium, sicut cum hiera diacolocynthidos pillulis fetidis hiera hermetis &c. Similiter Aet. loc. cit. Interpositis diebus alius subducatur primum clysteribus, deinde per aloes & polypodij & colocynthidis cremorem, conuenit etiam hiera archigenis &c. De reuulsione loquitur Auic. ibi, oportet ut clysterizentur enematis fortibus & colyria fortia supponantur ut inclinentur eorum materię ad inferiora, confert etiam positio uentosarum super capita lacertorum absq; incisione, sed post euacuationem &c. Similiter Aet. ser. 6. ca. cit. post purgationem cucurbitula affectis partibus adhibeantur, si uero hæc ineptæ sint uicinis affigantur &c. & paulo post detracta materia etiam sternutatorijs & pituitam per os ducentibus utendum est &c. Idem Paul. lib. 3. cap. 18. asserit, Mesu. cap. de par. Diuersio completur cum gargari sinatibus masticationibus caput purgijs et sternutatorijs &c. Quomodo autem hæc fiant habes supra de cephalis

lea a causa frigida & c. De resolutione residui Auic. secunda tertij, cap. cit. Cumq; membrum reddit ad se, oportet, ut ipsum excites post id & constringas ipsum, ut ad integram redeat sanitatem & c. & paulo infra portet ut resolutio fiat, cum aliquibus que sint ut anisum sigia .i. storax liquida & castoreum, & supra dixerat q; emplastrum de sinapi est ex eis que ipsis cōferunt, & fricatio cum oleo et nitro & aqua sulphurea & administratio acori, & q; nihil est ita confrensus ut theriaca & mitridatū, & assa fetida est uehementis iuuamenti bibita uel linita & c. Mesu. Vltimam rem complent, unctiones emplastra fricationes & balneum & c. Act. loc. cit. laudat ad resolutionem residui unctiones quatuor fieri, unam circa cavitatem occipitis, tres in uertice, ex quibus inquit non despero perfectam restitutionem & c. Paul. lib. 3. cap. 18. Cucurbitula resolutis partibus, agglutinentur, si paucae fuerint distinctim, post cucurbitulas delinantur medicamenta ex pice resina & c. Vide etiam Auic. ibi, quandoq; iuuantur a febre & a balneo sicco & c.

Observationes de humorum preparatione.

Marcus Catinarius cap. de par. Cauendum est inquit ne nimis preparemus cum fortibus digestiuis, nimium calefacientibus, usq; ad quartam diem, sed gradatim procedendum a debilioribus ad fortiora eo q; magis materiam dilatant quam preparent.

Observationes de euacuatione.

Auic. secunda tertij, & non properes in usu medicinarum fortium in principio rei, imo tarda usque ad quartum & septimum, Quod si fuerit egritudo fortis usq; ad 4.

Obiectio.

Quor Auic. & Mes. incipiunt a debilioribus, Quam Rares dicat cuius curam incipiemus cum pillulis fetidis, que in
ter

ter uehementia pharmaca reputantur.

Responsio.

Intellige ad utriusq; concordiam, q. hic coacte, illi magis regulariter procedunt, Paul. incipit a semi dracma hierae & interpositis diebus exhibet integram drachmam, dehinc unā & semis postea duas atque tres. B. Notandum est etiam ex Pauli & Aetij textu q. in hoc morbo interpolatim medicinas exhibeamus, ne natura medicinis assuescat & laxetur. Idcirco diebus interpositis, modo uno, modo altero medicamine uti precipiunt, & interim uires resumendas iubēt & c.

Observationes de resolutione.

Auic. ca. de cur. par. Et ubi necesse est, resolvere oportet, et non sint resolutia cum lenificatione pura, sed cum aliquantula stipicitate, quia laxantia substantiam membri debilitat, & resolutentia spiritum resoluunt, idcirco cum stypticitate fienda & c.

Observationes de topicis.

Galenus est placitum. 3. de loc. aff. ca. ult. Ut consideretur locus originis neruorum, unde exemplum refert de pausania syro Auic. loc. cit. Positio medicinarum super locum paralyticatum est ex eis quae non afferunt iuuamentum, de quo sit curandum sed oportet cognoscere originem neruorum & c. & oportet cum resolutentibus procedere a debilibus ad forti ora, & cum medicatur cum calidis augmentatur aegritudo quoniam materia subtilis dilatatur per ea plurimum, idcirco oportet miscere cum infrigidantibus aut temperatis ut est succus liquiritiae, et de emplastris loquens dixit, Quumq; sensus est debilis forte esse emplastrum forte nocet, & non sentit id & ducit ad lesionem et ulcerationem fortem, oportet igitur ut omni custodia ab illo caueatur, & ut consideretur dispositio impressionis emplastri & c. Paul. lib. 3. ca. 18. in relaxa-

tis quidem mebris adstringentia, ijs que laxant miscere & frictionem intensam moliri conuenit, inconvulsis uero laxantibus duntaxat, utendum est, & frictione molli &c.

Paralytidem generantia.

Generant paralytidem uapor argenti uini, carnes porci nae, & tubera.

Paralytidem curantia.

Faciunt ad paralytidem & a proprietate tam occulta quam manifesta ualent, abrotanum, chamepitij, uetonica, salvia aristologia, artemisia, coslus, maiorana, mater sylua, colocynthis, laurus, rosmarinum, acorus calamentum, organum, hisopopus, mellissophilon, rutha, sauina, mel cinnamomum, anacardus, assa, helleborus, pyretrum peucedanum, diptamus, cyclamen, ceratum alexandrinum, aqua sulphurea, aluminosa, unguentum de bdello mes, unguentum basilicon mes, unguentum marciaton nic, oleum de piperibus, de cinnamomo, de citro, oleum laterinū, uulpinum de costo, de terebintina, de sinapi, de piretro nic, pinguedo gliris, blācha nic, confectio piretri mes, cap. de epileps, confectio anacardina mes, cap. de aegritud. neruorum diambra Auic. in. s. tra. diacalamentum, diacastoreum nic, sy. de stechade, theriaca, hiera ruffi, hiera hermetis, hiera logodion, hiera picra, confectio de musco, diapliris arcot. nic. Pillule fetide, de euphorbia &c. roborant neruos nuclei pinearum conditi, castoreum, nux indica, peonia &c. Vide Varignanā in lib. de secretis ca. de paral. Itē Barth. Montagnanā conf. 43. Item Arcul. & Sauon. cap. de cur. paral. Vide etiam Gord. & alios practiçantes.

De Pronosticis paralytidis.

Paul. loc. supra cit. Que a nerui diuisione oritur partium larum resolutio, insanabilis est, que uero a temperie uel ab humore, commune ex facultatibus predictis presidium reci-

pit. Auic. secunda tertij, cap. cita. Vrina infantis si sit uiridis nunciat paralyfim sue spasimum, & paralyfis eueniens a re-
 motione spondilium mortifera est secundum plurimum. B. Ratio est quia spondiles eos neruos, qui a se exeunt, facile cō-
 primunt, qui nisi ad suum locum reducantur, inasperata est sa-
 lus. Cels. lib. 3. cap. 27. Morbus qui fit in partibus, nunquam
 acutus, sepe longus & fere sanabilis est. Razes cap. de pa-
 ral. Quod si paralyfis ex percussione aut casu euenit, & ac-
 cidit subito, ita q̄ nerui aliquantulum contundantur, taliter per-
 manebit, nec unquam sanabitur. B. intellige nisi sit in etate in
 qua membra spermatica restaurari possint. Hippoc. 3. pror-
 rhet. Paraplecticis parotides uitiose. B. Paroti des sunt absces-
 sus post aures, uitiosiq; sunt quia ad inferas partes non de-
 uoluntur sicuti ceteri abscessus boni. Auic. loc. cita. Et quod
 cunq; membrum mollificatorum & paraleticorum secundū
 colorem reliqui corporis existens, non minoratur nec exte-
 nuatur, est, de quo maior habēda est fiducia, quam illud quod
 est diuersum ab hoc, nam quum minoratur, aut extenuatur, si-
 gnum est quod non nutritur & c. At si nihil horum acciderit
 bene sperandum. Item febris superueniens soluit paralyfim.
 B. intellige si ab humiditate & frigiditate fiat. Arcul. Tremor
 & dolor in paralyfi superueniens bonum, si uero paralyfis
 annum pertransit, ut plurimum non recipit curam. B. intelli-
 ge tremorem & dolorem idcirco esse bonum indicium, quia
 ubi tremor & dolor, ibi, est sensus & motus & c.

Authores dissentientes circa paralytidem.

- 1 Adserere, tunc resolutionem uocari, quum sensus deperdi-
 tur, & non motus.
- 2 Adserere, impresionē sensus in mēbris, a calore impediri.
- 3 Adserere, frequentem usum calidorum mirum in modum
 prodesse neruis.

4 Adferere, uehementia pharmaca in principio curæ paralytidis conuenire.

5 Adferere, tunc paralytim uocari, quum uis sentiendi et mouendi omnium neruorum amittatur.

Confutatio dissentientium circa paralytidem,

Ad primum respondet Gal. 3. de loc. aff. cap. penult. dicens q. neruorum tunc uera erit resolutio, ubi motus deperditur, ubi uero aliquarum partium sensus perit, eam partem sensus expertem uel stupidam potius dicimus quam resolutam.

Ad secundum dicit Auic. secunda tertij, tra. 1. q. membra sensus non recipiunt impressionem propter complexionis corruptionem, complexio uero corrumpitur a calido, aut frigido, aut humido aut sicco, sed calidum inquit non prohibet impressionem sensus &c.

Ad tertium Hippoc. aphor. 5. aphor. 16. Calidū inquit ubi eo sepius utatur, hæc mala affert, carniū effeminationem neruorum incontinentiam &c. Vbi Gal. in comm. intelligit neruorum imbecillitatem fieri, eorum substantia a calore dissoluta & sic calidi frequens usus neruis nocet substantiam neruorum dissoluens.

Ad quartum communis est opinio, ut regulariter procedendo non euacuemus cum uehementi pharmaco, maxime quum paralysis de materia pituitosa non sit morbus acutus, sed ubi subitanæ mortem minetur, coactæ cum uehementi pharmaco purgabimus.

Ad quintum Gale. 3. de loc. aff. ca. 10. Quum omnes igitur nerui tum sentiendi cum mouendi uim amiserint, apoplexia huiusmodi affectio appellatur, igitur non paralysis &c.

De conuulsionis descriptione.

Conuulsio est neruorum ac musculorū affectio per quam interdum totum corpus interdum pars, citra uoluntatem ad suā

originē cōtrahuntur, Huius species sunt tres. τῆτανος i. tentio equalis, ἐμπροσθενος. i. tentio ad anteriora κωδῆσθενος. i. tentio ad posteriora, locus uero affectus cognoscitur, quia uniuerso corpore conuulso infra faciem, tunc prima spinalis medullæ pars affecta est, si uero cum uniuerso corpore etiam facies conuellatur tunc cerebrum affectum esse dicimus, si autem quæpiam corporis pars conuellatur tunc eorum nervorum originem esse affectam iudicamus &c.

Loci contentientes circa conuulsionis descriptionem.

Gal. lib. finit. med. Conuulsio est affectus quid nervis ac musculis accidit, quum modo corpus totum, modo pars eius, citra uoluntatem trahitur. Oribas. aphoris. 2. comm. 30. Spasmus est inquit motus inuoluntarius uoluntaria obtinens loca. Auic. secunda tertij. ca. de spas. Spasmus est egritudo nervosa, qua mouentur lacerti ad principia sua & inobedientes sunt in dilatatione, nam alij remanent secundum suam dispositionem & non dilatantur, alij facile redeunt ad dilatationem suam sicut in oscitatione & singultu &c.

Obiectio:

Quomodo est egritudo, si Gal. s. desympt. cau. referat esse accidens.

Responsio.

Tria considerantur in conuulsione, malus motus & sic est accidens, uel mala membri figura et sic est morbus officialis, uel causa cuius fiat hoc accidens & sic est intemperies sicca, idcirco egritudo dicitur &c. Gal. apho. 6. comm. 39. Conuulsio est passio inuoluntaria ad similem uenientibus nervosis partibus dispositionem, quam etiam in motibus factis secundum appetitum assumebant. Itidem ait in lib. de trem. & palp. in fine. Et apho. 4. comm. 37. tres sunt numero conuulsionis opisthotonos emprosthotonos & tetanos, itidem ait in lib. de trem. & palp. Similiter Auic. ibi, sic mollificatio.

diuersificatur in membris & , ibi , quum corpus declinat ad anteriora . De loco affecto loquitur Gale. 3. de loc. aff. cap. 6. ibi, conuulso enim uniuerso corpore infra faciem, omnium infra faciem neruorum originem affectam esse putandū est, quæ sunt primæ spinalis medulle partes, si uero cum uniuerso corpore facies etiam conuulsa sit, non solum eam partem quæ ex spina procedit, uerum etiam ipsum cerebrum curamus & c. Itidem. 4. de sympt. cau. ca. ult. adserit.

De causis conuulsionum.

Quum duplex sit spasmus, alter ad materiã proportionatus, alter non proportionatus, causa non proportionati duplex intrinseca & extrinseca, intrinseca sunt accidentia animi sicut timor, mæstitia, dolor, uel mala qualitas a materia uermium uel mala qualitas per consensum aliorum membrorum ad neruos ut uentriculi uteri & c. Extrinseca est mala qualitas frigida styptica membrum comprimens ut frigiditas aeris, uel frigus nerui uulnerati, similiter punctura cæca, casus percussio incisio, uel mala qualitas uenenosa qualis est morsus uenenosorum animalium uel præcipitatio & quicquid cerebrum imbecille redit, mordicat ac dolorem infert ex quo nerui fugiant ac contrahantur & c. Proportionatus uero ad materiam duplex alter de repletionem, alter de inanitione. Causæ primitiue de repletionem sunt crapula ebrietas consuetæ euacuationes retentæ, balneum & exercitium in corpore replethorico & c. Causæ antecedentes sunt ut plurimum pituita & sanguis, raro melancholia, rarissime omnium bilis causæ coniunctæ sunt ipsi humores in neruis existentes neruos iuxta longitudinem dilatantes, interdum abscessus, uel flatuosus spiritus crassus, qui ubi fuerit particularis uulgo dicitur granfo. Causæ conuulsionis de inanitione sunt quæcumque strenue exiccant, quales sunt febres ardentissimæ ieiunia ui-

gilia, alui profluuium, nimius concubitus, euacuationes per-
soluentia pharmaca nimius labor, & quaecunq; possunt hu-
miditates in neruis naturaliter existentes dissipare ac exte-
nuare & omnino exiccare & c.

Loci consentientes de causis conuulsionum.

Auic. secūda tertij, cap. de spas. Et quādoq; fit spasmus qui
ad materiam non proportionatur eueniens causa rei impe-
dientis, a qua nerui fugiunt & congregantur ad expellen-
dum ipsum, & causa illa, aut est dolor & multotiens ex uas-
pore calido mordicatio aut a qualitate uenerosa perueniēte
ad cerebrum, aut propter quallitatem non uenerosam, sicut
quum spasmus accidit ab infrigidatione uehementi congre-
gante neruum et lacertum et contrahitur ad caput suum & c.
Paul. lib 3 ca. 20. porro facit affectum. quauis raro lassitudo,
humidormitio, ponderis eleuatio casus, uulnus, ardor, ictus
& alia que eandem neruis offensam inferre possunt & c.
Vide de his latius Auicen. loc. cit. Quod uero spasmus pro-
portionatus sit duplex lege Gal. aphor. 4. comm. 57. Omnes
conuulsiones fiunt aut a repletionē aut ab euacuatione partiū
uidelicet neruosarum. Itidem adserit aphorif. 6. comm. 39. et.
5. de sympt. cau. cap. 2. ibi. atq; omnes Hippoc. authore in duo
capita reducuntur plenitudinem & inanitionem. Et Hippo.
aphor. 6. aphor. 39. Conuulsio inquit fit uel ex repletionē &
inanitionē & c. De causis huius conuulsionis proportionatē
primitiuis loquitur. 3. de loc. aff. cap 6 si temulento cuipiam
ac omnino pleno homini qui in otio degit id euenire conspe-
xeris ex repletionē iudicabis. Et aphorif. 5. comm. 5. solet etiā
uinum neruos replere quibus repletis fit conuulsio & c. lege
fusius de hac re Arcul. cap. de spas. Gord. Ant guaine. De causis
antecedentibus et coniunctis loquitur Auic. secunda tertij, cap.
de spas. ibi, causa spasmi aut est cum materia aut sine materia

sicut caliditas & siccitas, et materia spasmi secundū plurimū est phlegmatica aut melancholica aut sanguinea & c. Et paulo post, causa essentialis spasmi ex repletionē est, aut humiditas & frigiditas addiuans secundum congelationem et grossitiam, aut caliditas et siccitas & c. Hippoc. aphor. 5. apho. 17. frigidum conuulsiones distentiones liuores rigores febriles facit & c. B. quia omne nimium siue calidum, siue frigidum neruis nocere solet, nam ex immodico calore, eorum substantia dissoluitur, & ex immodico frigore cogitur ac cohibetur. Gal. 2. de sympt. cau. cap. 2. causam huius rei quippe demonstrauimus dum neruum aut stupore aut resolutione infestari dicebamus si frigus illum constringat, aut crassi lentiq; humores obstruant, aut aliqua causa externa ipsum suo pondere comprimat & c. Itidem ait in lib. de tre. & palpitatione cap. ult. ibi, itaq; neruos tendinesque in animalium corporibus ex humore superfluo tensos & c. Quod fiat etiam a flatuoso spiritu habes ex Auic. loc. cit. ibi, & nō est longum quin sit spasmus eueniens a uentositate inflatiua spissa. Ipse enim est ex eis quae plurimum accidit, & remouetur in hora intelligens de eo quod dicitur granfo. Itidem ait Paul. lib. 3. cap. 20. ubi tribuit originem musculis repletis spiritu & aere crasso nebulosoq; & c. De causis conuulsionum ex inanitione plurima refert Auic. secunda tertij, cap. cit. ibi, spasmus autem siccus, alius quidem qui fit successione februm adurentium & proprie in febris firsen, & successione motuum laboriosorum corporalium & animalium, sicut angusti.e uigili.e timor, & ille est, ex eis a quibus fit euasio.

Obiectio.

Quomodo fit euasio si ab Hippoc. & Gale. lib. de tre. & palp. in fine existimatur incurabilis.

Responso.

Duplex est spasmus, alter quidem confirmatus in quo om

nes substantiales membrorum humiditates consumptæ sunt, & hic dicitur incurabilis quia humiditates ille deperditæ haudquaquam restaurari possunt. Alter non confirmatus in quo primæ tantum humiditates consumptæ sunt, sed spei aliæ quid superest, ut restaurentur & sic interdum ab his fit eua-
sio. Gal. 3. de loc. aff. ca. 6. quippe cū conuulsio fit uel a labore, uel uigilijs, uel fame, uel solitudine, uel arida æstuanteq; febre, qualem in phreneticis uidere est, causam eius esse ariditatem uacuationemq; recte putaueris. Et. 5. de sympt. causis phlegmone plenitudinem pariunt, ardentissimæ ac aridissime febres inanitionem! & c. lege etiam aphorismum, ex superflua purgatione conuulsio & c. lege etiam Gal. 5. de sympt. cau. cap. 2. & in lib. de tre. & palp. & aphorif. 6. comm. 39. ubi affert exemplum modo de chordis quæ ob nimiam humiditatem rumpuntur aut de loris quæ ad ignem longius calefacta contrahuntur. Itidem Auic. sic dispositiones chordarum quæ elongantur in hyeme propter humiditatem & abreuiantur in æstate propter exiccationem.

De signis conuulsionum.

Signa præcedentia sunt angusta ac luctuosa respiratio, Pulsus rarus durus exiguus, risus sardonius, tremor manus ægri occultus alius sic cecidit, urina aquæ similis uel cruenta esse uidetur, tument oculi, & facies rubescit, præcedunt tremores et singultus, dolor capitis lumborum ac clauiculorum accidit, dentes strident, oculi peruertuntur. Signa præsentia sunt membrorum contractio ad suam originem, diuersitas in pulsu, ita ut in principio sui motus sit humilis, in medio sui motus ascendat & in fine cadit, arteria alijs membris est calidior & c. Signa conuulsionis erunt, si in sanis repentina conuulsio adueniat ac permaneat. Signa conuulsionis de inanitione sunt conuulsiones post multos sudores, uomitus, alui

profluua. sanguinis fluxum uigilias, fames, aut febres ardentissima accidentes &c. Signa conuulsionis non proportionata ad materiam sunt cause eius antedictæ. Signa humorum cognoscuntur ex coloribus & reliquis sapius antedictis. Signa apostematum sunt dolor, febris pulsatio &c. Signa conuulsionis per consensum alicuius membri sunt quia præcedit lesio illius membri &c.

Loci consentientes de signis conuulsionum.

Paul. lib. 3. cap. 20. de signis præcedentibus uerba facit, ibi, Nota horum sunt angusta respiratio, Pulsus rarus & exiguus nonnunquam & risus sardonius oboritur, rubet facies, oculi intumescunt, & id reliquum quod a me nuper relatatum est. Auic. quasi de uerbo ad uerbum eadem recitat. Gale. pro nost. 3. comm. 34. potissimum conuulsiones futura cognoscuntur, si partes in uultu peruertantur, aut dentes strident, aut oculi cerebro mouentur ac peruertuntur sed in pueris sufficit, si tantum modo uigilent, si admodum metuant, si mente lugeant ac aluus non deiciat &c. Memento etiam aphor. 54. lib. 6. uidelicet in acutis passionibus quæ cum febre sunt luctuosa suspiria malum. uide de pulsu duro & de alijs huc spectantibus Gal. in comm. De signis præsentibus lege Raz. 9. alman. cap. de spas. ibi, Quum aliquod membrum alicuius conturbatur & ad suam redit originem, aut plura membra sic disponuntur, spasmata esse pronunciamus. Auic. secunda tertij, cap. de sig. spas. Pulsus spasmatorum est extensus & diuersus insitu ascendens & dimittens sicut sagitta euadentes de arcu sagitarij &c. De signis spasmi de inanitione & repletione Gal. prorret. 3. comm. 69. inquit conuulsiones ex euacuatione post sudores multos uel uomitus uel deiectiones ex euacuatione uis eruptiones, uel inedia uel uigilias uel motiones tum multas tum uehementes fiunt &c. Item Paul. lib. 3. cap. 19.

Act. ser. 6. cap. 38. si statim ab initio morbi conuulsiones fiant
 & permanserint, tunc a plenitudine ortum habent, si uero a
 multis sudoribus uomitibus &c. tunc ex inanitione oriun-
 tur. Item Auic. loc. cita. ibi si spasmus a repletione fiat signa
 sunt q. subito prouenit & non discedit uelociter, si a siccitate
 fit paulatim & successione egritudinum euacuantium &c.
 Idem sentit Gal. aphor. 2. commē. 26. Signa humorum tangit
 Gal. pronost. 3. commē. 34. ibi, colores præter naturam habentur
 indicantes humorum prauitatem, ex quibus conuelli assolen-
 tur. Pallidus enim aut liuidus prauum qualitate significat hu-
 morem, rubidus uero sanguinis copiam &c. De signis spasma-
 mi ex apostemate loquitur Auicē. secunda tertij, cap. de sig-
 nif. ibi, & quando; cum spasmō sunt pulsatio & saltus &
 est signum malum, pulsatio unam duarum rerum significat,
 aut apostema in uisceribus &c. Similiter loquens de signis
 per consensum alicuius partis inquit cum nocumentum est ex
 stomacho communicat ei cerebrum, deinde nerui & fit spasma
 successione uomitus qui est sicut succus porri aut arugio-
 eris &c.

De cura conuulsionum.

Ad curam spectant quatuor intentiones, Prima est uictus
 ratio Secunda euacuatio sub qua reuulsio comprehenditur,
 Tertia resolutio ac membrorum roboratio, Quarta est symp-
 tomatum remotio. Victus in conuulsione de repletione exi-
 stente materia pituitosa, sit, calidus tenuis & siccus in princi-
 pio & in uirium robore, si uero imbecillitas uirium adsit
 etiam in statu cogimur ei succurere, cum carnibus qualitate
 siccis, uinum nō bibatur usq; ad morbi remissionem, nam tunc
 ad resolutionē antiquum facit. In conuulsione de inanitione,
 uictus sit frigidus humectans pinguis tenuis quum male trans-
 glutiant & uis sint stricte, magis tamen humectet quam infri-

gidet, qualis est aqua carnis cum quatuor seminibus frigidis alterata lac recenter multum, sorbitiones ex chondro & alica cremor ptisanæ. Potus sit aqua hordei aqua cucurbitæ et mellonis indi cū iulebi si ad fuerit febris, si minus his addatur parum uini tenuis & aquosi, facit enim ad penetracionē & c. Euacuatio fiet primum per uenæ sectionem, si sanguis uel humorum copia in causa fuerit, si minus iuxta humorum exigentiam euacuato, de quibus in capite de paralyti satis dictum est. Sed ubi morbus inducias dederit, tunc primum materia erit preparanda cum rhodomelle, syropo de stechade, cum aquis ac decoctis capiti spectantibus, conueniunt insu per clysteria cum rebus capiti dicatis, frictions ad partes subiectas, item masticatoria sternutatoria, cucurbitule affectis, partibus cum scarificatione, multa existente materia, uel sine scarificatione pauca existente. Resolutio ac membrorum roboratio perficitur cum emollientibus ac resoluentibus quum materia sit crassior quam in paralytice & hæc per exteriora & interiora. Exteriora sunt linimenta ex oleo liliorum alborum, lumbricorum oleo uulpino costino & c. unguenta ex bdellio, Balnea tã naturalia quam artificialia, Naturalia sulphurea salsa aluminosa, Artificialia sicut in oleo comuni, uel in balneo in quo decocta sint uulpes catuli cum herbis capitalibus. s. camomilla anetho maiorana salvia rosmarino stechade et simil. Interiora sunt electuaria resoluentia ut diamuscus, diacorus, mitridatum, confectio anacardina & quæcunq; febrem prouocare possunt. Remotio symptomatum fiet, si dolor qui interdum uehementissime molestare solet, auferatur & hoc perficitur cum anodini cum balneo. s. ex oleo. s. cōmuni in quo decocta sit lumbricorum quædam quantitas, uel cum oleo camomillino de. flini, uel balneo arte parato, & membra contracta ad suum locum reducantur &

inordinato motui resistatur. Cura conuulsionis de inanitione tantummodo consistit in humectando & restaurando, modo cum balneis ex lacte, modo artificialibus cum folijs salicis hordeo uiolis & seminibus frigidis & c. Post balneum statim membra ex oleo rosaceo liniuntur, ne humiditas impressa exalet, sed sua stypticitate cohibeatur, Clysteria fiant ex rebus similibus additis quibusdam impinguantibus, Somnus insuper accersendus est euacuatio nulla fiat nisi naturalis & nutriatur ut dictum est. Cura conuulsionis non proportio nata ad materiam sic fiet, Primum si fuerit a percussione cum laxantibus balneis ex hordeo camomilla et malua fenu graeco & c. Si fuerit ex uulnere, in primis dolorem remoue, & sanies inducatur, cum emplastro althea uel cum uitello oui et terebentina & tota spina liniatur cum humectantibus temperatis, sicut oleo amygdalino dulci & c. Si fuerit a uentositate resoluatur cum fricatione & oleis calidis. Si fuerit a punctura uenenosa extrahatur illa humiditas uenenosa, uel cum cucurbitula apposita uel cum emplastro ex scabiosa & uitello oui. Si fuerit punctura ex ferro tunc aperiatur locus ita, ut uirus quoquo modo transpiret cum unguento exiccante & corrodente, quale est unguentum apostolorum egyptiacum, sed prius sedetur dolor cum terebinthina & oleo rosaceo, aut cum balneo ex oleo lumbricorum aut cum pane in lacte infuso, aut cum aliquo quod locum stupidum reddat qualia sunt opiata & c. Si fuerit ab apostemate, curetur eodem tramite, quo solent tales abscessus curari. Si fuerit per consensum uetriculi, curetur uomitu, uel euacuazione per secessum, roborando cerebrum & spinam ne amplius quidpiam suscipiant, & sic intelligito de alijs particulis & c.

Loci consentientes de cura conuulsionum.

Habes de uictu primum Auic. secunda tertij, ibi, & si ha

bens spasmus humidum, debilis sit uirtutis, non abscondantur ab eo carnes siccae sicuti carnes minutarum auium & cubegi & cheruberi. i. perdicis & laudae, & si uirtus non fuerit de bilis sint cibi eius panis cum melle et aqua ciceris cum anetho & sinapi & c. & sic calidum ac tenuem uictum imperat. Paul. lib. 3. cap. 20. Porro uictus erit tenuis, qui expedite distribuatur & recrementis omnino uacet & c. Et loquens de uictu conuulsionis de inanitione, dixit, Qui ex inanitione conuelluntur nutriendi sunt ex chondro et alica, uinoque tenui & aquoso, quod facile per omnia corporis membra distribuitur, nisi febris adfuerit, tunc ptisane cremor utilis est. Et Auic. loc. cit. & infirmo detur in potu lac recenter multum secundum mensuram conuenientem, si non fuerit febris & aqua hordei & aqua cucurbitae & aqua melonis indium Iuleb, et si commisceatur cum aliquo horum parum uini albi, ut penetrare faciat, erit conueniens, & paulo post, cibus habentium spasmus siccum, sit totum quod humectat & lenit et omnes sorbitiones pingues lenes factae ex aqua hordei, assumpta ex carnibus agnorum & hedorum, & quandoque ponitur ex oleribus humectatiuis frangentibus nocuentum carnis, si illic fuerit caliditas & c. De euacuatione lege Paul. loc. cit. ibi, Quibus ceruix recta intenditur, ab inito sanguis detrahendus est, & partes lanis oleo sycionio imbutis & castoreo contegantur & cucurbitulae sic admoenda ut cutis exasperetur, lenes enim noxam inferunt & c. Auic. secunda tertij, cap. de cur. spasmi, Si spasmus est humidus oportet ut curetur cum euacuantibus & purgantibus & c. & cum uideris sanguinis signa dominantia tunc phlebotoma & c. Aet. ser. 6. cap. 29 post uenae sectionem utendum unguentis lancinantibus & cucurbitulae cum scarificatione locis omnibus affectis affigantur, in potu conueniunt apomelli & radices sulphurij deco-

Etum & ipsa trita & hyssopi decoctum & c. B. Intellige non tantum ratione potus quantum preparationis materiae, Itidem Paul. & Auic. loc. cit. asserunt. De resolutione postea loquens Aet. loc. cit. inquit, deinde cataplasmata locis affectis adhibeantur, quae laxare ac discutere possunt simulq; lenire, Horum autem materia sit fenugraecum, semen lini farina hordeacea ac loliacea & c. Paul. lib. 3. cap. 20. Quod si tetanus ad uetustatem inciderit in oleum bis quotidie descēdere oportet nec diutius immorari quum maxime uires conuellat. B. Nota q; tetanus non differt a conuulsione nisi ut genus & species, uel si eut compositum a simplici, sunt enim in tetano binæ conuulsiones diuersorum musculorum & neruorum ad oppositas partes sese trahentium. Auic. secunda tertij, cap. de cur. spas. Et sessio in pelli uulpium & luporum iuuat & inunctio eū adipibus luporum & oleo de lilio, si non fuerit febris & de coctum catulorum aut sessio in aquis, in quibus decocta sint medicinae subtiles sicut abrotanum aut folia radices iunci & calamus aromaticus & folia lauri & c. lege eum fusius & plura ad balnea & inunctiones spectantia ab ipso intelliges & c. De remotione accidentium, habes fere omnes practicae tes. sed praecipue Paul lib. 3. cap. 19. ibi, Primum partes quae contrahuntur ualenter continende sunt & inordinatis resistendum motibus. oleo perfricare oportet rutaceo aut scyocinio & c. Itidem Auic. ibi, & applanetur quod spasmatum est leniter & c. & antea dixerat, & si fuerit dolor seda dolore postquam consideraueris quid sit. Et absconde causam eius, lege de his Arculanum. De cura spasmi ex inanitione loquutus est etiam Auic. ibi, dicens conuenientior cura est tina, & inunctio in oleo humido post ipsam, & eius iteratio multotiens. si autem possibile est tina fiat ex lacte, si non ex aquis in quibus cocta sint folia salicis hordeum uiola nymphaeua.

curbita & citruli, aut sit totum illud ex aqua ros. in qua deco-
cta sint aliqua horum & si feceris clysteria fiant ex istis ex-
pressionibus & oleis aliquibus dissolutis humectantibus &
impinguantibus & c. Itidem Paul. loc. cit. adserit. ibi. eos qui
ex inanitione conuelluntur, oleo uel hydreleo calido fouere
competit & c. De cura per consensum habes plura apud neo-
tericos omnes quos recensere esset præter longitudinem, sa-
tis graue. Vide tu Arcul. Marc. Catin. Gord. & c. Lege insu-
per Auic. ibi. In eo qui factus est a percussione oportet ut ad-
ministrantur embrocæ quæ laxant factæ ex hordeo camo-
milla & c. Si fuerit a dolore sedâ dolorem & c. Et si est pro-
pter puncturam curetur & c. Et si fuerit a nocumento pro-
pter alicuius rei uenense potum, curetur cum eo quod co-
gnoscitur in cap. de uenenis & c.

Observationes de sectione uenæ.

Aet. ser. 6. cap. 39. primum si a repletionem fiat. seccanda est
uena. Auic. de cur. spas. loquens de sectione uenæ inquit. non
extrahas totum, quod necessariū est ex sanguine, imo retine
ex eo aliquid ut resistat spasmo & resoluatur resolutione mo-
tuum spasmi, & hæc obseruatio etiam habetur a Raze. 1. con-
tin. ca. de spas. & c.

Observationes de balneis.

Auice. loc. cit. Et scias q. longitudo spatij moræ in tinna est
ex eis quæ nocent propter mollificationem uirtutis. tu autem
pone multitudinem numeri in loco longitudinis spatij & fac
federe ipsum bis in die & c. hoc idem annotauit etiam Paul.
lib. 3. cap. 20.

Observationes in ponendis cucurbitulis.

Auicem. Et ille qui utitur uentosis. oportet ut utatur sine
scarificatione. si res est leuis. et si non ita est. scarificatio fiat.
& loca uentosarum. custodiantur et conseruentur. ne corpus
infrigatur

infrigidetur &c. Vide in hoc latius Paul. & inquit.

Observationes de aqua frigida.

Paul. lib. 3. cap. 20. frigida superfusionem quum sit (quem admodum ait Hippoc.) periculosissima, eoꝛ; posteris credo vituperata & nos damnamus deuitamusq; B. Hæc dicta sint in Marcū Catinariam, qui per immersionem aque frigide curam fieri iubet. Similiter de febre prouocanda, nam non solum Auic. ut supra sed etiam Paul. in hoc loco optimum esse inquit præsidium febrem, quæ per initia non fuerit superuenientem: & hoc contra Michaelē Sauona. qui nullo modo prouocandam ait esse, quum postea nostri non sit arbitrij eam expellere.

Conuulsionem excitantia.

Excitant, eiꝛ; nocent coturnix, helleborus albus tribulus marinus, Prohibent a proprietate spasmm iuxta Auic. & Plinium, Fel adeps cinis mustellæ, spoliū serpentis, storax bibita &c.

Conuulsionem curantia.

Curant spasmm ex repletionē, acorus, assa, aristologia bdellium, calamentum camedrys, castoreum, centum capita colocynthis, epithimum, euphorbium, galbanū, peucedanum, pyretrū, satirion, scenoanthos, absinthium, oleū amgdalarū dul. de been, de piperibus, de costo, de croco, de alchechēgi, de s. lini, syrupus de stechade, de betonica, rhodomel, pillule fetide, de serapino, de sex rebus Alex. chocia, unguētum aragō, balsamum, confectio anacardina, diamuscus, diambra, lege etiam remedia inuntiones &c. iuxta Varig. ca. 10. de dispos. capitis. Idem Bartho. Montagnanam cons. 244. in fine, uide etiam Aggregatorem, Arcul. Sauona Gord. Act. &c.

De pronosticis conuulsionum.

Hippoc. aphor. 2 aphor. 26. Febrem conuulsioni superue-

nire, melius est quam febrī conuulsionem. B. Nam si febris superueniat humorem calefaciens extenuat & dissoluit, si uero post febrē conuulsio accidat. statim ob sui acutiē uires dissoluens, exitium affert, nisi ab initio quis huic oportunis remedijs resistat. Et aphor. 4. aphor. 5. ex purgatione superflua, conuulsio aut singultus superueniens, malum. Et apho. 4. aphor. 49. In febre non intermittente silabrum, uel oculus, uel nasus, uel supercilium peruertatur, uel non uideat aut iam debili existente corpore, quodcumq; horum fiat, iam prope est mors. Et aphor. 4. aphor. 57. Quia conuulsione, uel distentione neruorum tenetur, febre superueniente liberatur. Et aphor. 4. aphor. 66. In acutis febribus conuulsiones et circa uiscera dolores fortes, malum. Et apho. 4. apho. 67. In febribus ex somnis timores uel conuulsiones, malū. Et apho. 4. aph. 68. In febribus spiritus offendens malum, conuulsionem enim significat. Et aphor. 5. apho. 1. Conuulsio ex helleboro lethalis. B. Non eam intelligit Hippoc. quæ per consensum oris stomachi, neq; eam quæ per nimiam euacuationem accidit, sed forte eam quæ ab impulsā hellebori uirtute, uiolentiū neruorum substantiam exiccat, alioqui frustra legeretur alter aphor. ex superflua purgatione &c. Et aph. 5. apho. 2. Conuulsio ex uulnere lethalis. B. Quia ad uulnera sequi solet inflammatio, quæ ubi neruos attigerit conuulsiones accidunt quādoq; uniuersales ex quibus mors. Etiam aphor. 5. aphor. 3. ubi sanguis plurimus fluxerit singultus aut conuulsio superueniens malum. Et aphor. 5. aphor. 5. si ebrius quispiam repente obmutuerit conuulsus moritur, nisi febre corripiatur, aut ad horam peruenerit qua soluantur crapulæ, uocem recuperet. Et aphorif. 5. aphor. 6. Quicumq; a distentione corripiuntur, in quatuor diebus pereunt, si uero hos effigerint sani fiunt. B. Morbus hic in primo dierum indicatorium circuitu fi-

nitior non tollerante diu natura laborem. Et aphor. s. aphor. 18. frigidum inimicum ossibus, dentibus, nervis, cerebro, spinali medulla. calidum uero utile. Et aphor. s. aphorif. 57. In fluxu muliebri, si conuulsio & animi defectus aduenerit, malum. Et aphor. s. aphor. 70. a quartanis capti, non admodum. a conuulsione capiuntur, si uero prius capiantur, & quartaena superuenerit, liberantur. Et aphor. 7. aphor. 9. a profluuiio sanguinis desipientia & conuulsio, malum. B. Dicitur est conuulsionem ex euacuatione esse, malam, sed quanto magis si ambarium fuerit conuentus. Et aphorif. 7. aphor. 10. Ab ileo uomitus singultus desipientia, uel conuulsio, malum. Et aphor. 7. aphor. 13. Ab aestibus fortibus conuulsio aut distentio, malum. B. Intellige pro aestibus siue febrem, siue aerem ambientem, uel feruorem, uel cauteria, uel escaram, nam ob neruorum siccitatem, he proueniunt conuulsiones quæ difficillime curantur. Et aphor. 7. apho. 18. In uigilia conuulsio uel desipientia malum & c. Et aphor. 7. aphor. 25. Ex medicamento potione conuulsio. Et aphor. 7. aphor. 27. Mulieri utero gerenti, si tentio superuenerit, facit abortum. Razes. 9. alman. spasmus qui non repente, sed suauiter accidit post febrē, aut post multam uentris solutionem, aut multum uomitum, aut sanguinis fluxum, malus est et uix curabilis. Itidem habet Paul. loc. cit. Et Act. & Auic. Mes. Quis sit hic deterior, quā distentio est, quia iuxta omnes dimensiones contrahit. Gal. lib. de tre. & palp. in fine. Conuulsiones quarum siccitas causa est, minime medicaberis, nam sic affecti citissime intereunt, nec medicamenta sibi ipsis utilia excogitare permittunt, atquæ ex humorum copia, aut ab inflammatione eueniunt, humorum euacuando repletionem, & inflammationem proprijs remedijs medendo ipsas curare poteris & c. Similiter aphorif. s. com. mē. 7. Conuulsio quæ fit ab euacuatione acutissima est & per

nitiosissima, que uero a repletione neruofarum partium, ne
q; acuti. ima, neq; similiter periculosa.

Aut. dissentientes circa conuulsionem.

- 1 Adferere, cum aristotele neruos oriri a corde.
- 2 Adferere conuulsionum species esse plures quam tres, quum
corpus etiam ad dextram et sinistram curuari possit.
- 3 Adferere conuulsionem de inanitione, non esse semper
mortalē, Nam pueri inquit Auic. liberantur a spasmico
uelociter.
- 4 Adferere, omnem conuulsionem de repletione posse semper
a febre curari.
- 5 Adferere, conuulsionis motū a naturali motu non differre.

Confutatio dissentientium circa conuulsionem.

Confutat primum Gal. 3 de loc. aff. cap. 6. probans duobus
medijs non oriri a corde, Primum per exercitatissimos medi-
cos, qui non cordi in hoc morbo sed cerebro, uel circa spinā
remedia adaptant, Alterum ex arte anatomica, in qua euiden-
tissime cernitur neruos oriri a cerebro & non a corde.

Ad secundum respondet Gal. lib. de tre. et palp. cap. ult. enu-
merans tantum tres species inquit huiusce passionis modos
hunc quidem Emprosthotonum, illum uero opisthotonum,
Tertium autem tetanum (ut omnes fatentur) appellari cogno-
sces, reliquos modos laterales tanquam impossibiles propter
situm neruorum & corporis imbecillitatem, tacens, quos si
cognouisset utiles, non utiq; sicco pede pertransiisset.

Ad tertium inquit Gal. aphor. 2. comm. 26. Si uero ex ar-
dentibus febribus totum corpus exiccetur, & neruis deinde
ex siccitate conuulsio accidat, hoc maximum est malum &
pene insanabile, cuius ratio ab ipso reditur &c. Quod uero
dicit Auic ita intelligendum est q; pueri liberantur a spasmico
uelociter. i. pueri immunes sunt, ne de facili in conuulsio

nem de inanitione incidant ob eorum edacitatem &c.

Obiectio.

Gal. 3. pronost inquit q̄ conuulsio accidens pueris cum acuta febre facile curatur & tamen sequitur febris, igitur non omnes moriuntur.

Responsio.

Duplex est febris. altera totum corpus & neruosam com paginem desiccans & hec est incurabilis & lethalis. Altera est dissoluens humores pituitosos frigidus, qua facile curatur pueri & sic intelligit Gale ibi.

Ad quartum respondet Gale in lib. de tre. & palp. non curari conuulsiones ex repletionem, tantum ex febre. sed quacumq; tantummodo ex frigidorum humorum copia proueniunt repletionem tamen euacuando, sed que ab inflammatione eueniunt minime per febres curantur, sed inflammationem proprijs auxilijs igitur conuulsio de repletionem non semper a febre curabitur.

Ad quintum inquit Gale 3. de loc. aff. cap. 6. Conuulsionem in conuulsis partibus factam, hac sola ratione a motu naturali differre, q̄ præter uoluntatem fit. Naturalis uero motus uoluntarius est, et sic differt a motu conuulsionis qui in uoluntarie semper fit.

De Melancholix descriptione.

Melancholia est quedam sine febre, mentis alienatio ex humore melancholico depedens. Hæc duplici specie in signi constat, altera quã Græci μελαγχολία, i. atram bilem, altera μελανχολία, i. insaniam uocant. Melancholia ratione locorum affectorum duplex est, Frima quum cerebrum primario affectu afficitur, Altera quum per consensum uel torius uel partium precordijs, s. affectis molestatur. unde præcordialis siue hypochondriaca melancholia uocatur, Complures uero & harum existunt differentiæ, quas enarrare longum foret. Nam quidã

semper, rident nonnulli plorant, alij mortem expectant, alij
mori timent alij futura uaticinātur, quos *ΕΥΘΕΤΤΙΚΟΙ* Græci
uocant &c.

Loci consentientes de Melancholix descriptione.

Gal. lib. finit. med. Melancholia est quidam sine febre affe-
ctus mentem ledens, non sine graui molestia animi, atque
auersione a rebus charissimis. Ibi etiam describitur insania,
dum inquit est alineatio mentis, mutatioq; a communi homi-
num ritu ac sanorum moribus sine febre.

Auic. Melancholia est mutatio existimationum et cogita-
tionum, a cursu naturali ad corruptionem & ad timorem
& ad malitiam propter complexionem melancholicam fa-
cientem spiritum cerebri syluestrem interius & facientem
ipsum timidum propter tenebras &c.

Oribasius aphor. 7. comm. 10. Atrabilis est affectio cerebri
& ex melācholica fit materia &c. Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ubi
atra bilis in corpore abundat, eam insania. speciem quam
Græci *μελαγχολικὴν* uocāt, efficit. Quemadmodū alter atrabi-
bilis succus qui præcassata flauabile nascitur, ferina deliramē-
ta inducit modo cum febre modo sine febre. Alexan. tracta.
cap. 22. Sed ex loco etiam affecto aliam atque aliam sortitur
spetiei nomenclaturam, afficitur. n. interdum cerebrum pri-
mario affectu, nonnunquā p. consensum singularum corporis
partium, interdum uentre & præcordijs adstrictis, quam spe-
ciem hypocondriacam nominant. Gal. 5. de sympt. cau. in fine
melancholica dementia uariae sunt species prout in ipsis par-
ticulatim dolose suspectaq; apparent. In omnibus commune
unum habetur, quod omnes præter rationem aesti sunt, nec
quam ob rem tristantur rationē possunt reddere ac non pau-
ci eorum mortem et alia non timenda timere uidentur &c.
Vide fusius infra de signis melancholix &c.

De causis Melancholiæ.

Cause uel sunt in cerebro, uel extra cerebrum. si per se in cerebro sunt et nõ ab alijs dependeant partibus corporis, tunc uel sunt initiatrices siue primitiue, uel antecedentes, uel coniunctæ. Cause primitiue sunt aer frigidus et siccus turbulentus, aut calidus siccus adurens sicut aer æstatis & autumnii, cibi potusq; atrabilarij qualis est caro bubula caprina, lentes, uinũ crassum, exercitium exiccans ac balneũ immoderata uigilia timores tristitiaq; uehemens studiũ, longi carceres menstrua ac hemorrhoides oppresse &c. Cause antecedentes sunt mala intemperies frigida et sicca sine materia, quæ tum cerebri, tum spiritus animalis complexionẽ ac substantiã tenebrosam efficit. Itidem facit mala intemperies calida & sicca, nam adurendo eorum substantiã obtenebrat. Item mala temperatura frigida & sicca cum materia melancholica naturali uel non naturali ut ex adustione sanguinis. Mania similiter ex bile præassata generatur. Cause coniunctæ sunt, uel ipsa intemperies cerebri frigida & sicca naturalis & non naturalis melancholiam ad actum produciens, uel ipsa melancholia in cerebro contenta. Cause uero per consensum a toto corpore sunt uel febres quartanæ præcedentes, uel aliæ ægri tudines in melancholiam desinentes. Cause per consensum a partibus erunt plures, nam si proueniat malum a splene, tunc causa erit uel eius imbecillitas segregare ac expurgare atrabilem non ualens, aut obstructio, aut apostema, aut mala intemperies. Et similiter intelligito de hepate stomacho præcordijs ex quibus humor aut uapor tenebrosus tandem ad cerebrum eleuatur.

Loci consentientes de causis Melancholix.

Auice. loc. cit. & melancholiæ causa aut est in ipso cerebro, aut extra cerebrum. Act. ser. 6. & Paul. lib. 3. ca. 14. &

Gal. 3. de loc. aff. cap. 5. Interdum sine febre uitium est ut in mania & melancholia id quod modo per consensum modo primaria affectione, cerebro laborante accidit. Itidem ait. cap. 7. B. Ex hoc Gale. loco cognoscitur quod ueniscunq; aliquid per se & per consensum afficiatur, & hoc exacte discernitur per propria accidentia perpetuo permanentia. De causis primitiuis melancholice loquitur Gal. aphr. 3. comm. 20. ibi furores. n. & atrabiles & morbi comitiales & anginae sunt morbi autumnales similiter & comm. 22. eiusdem est sententia & c. Auic. prima tertij. tra. 5. & quandoq; causa generationis eius est aer exterior, & quandoq; sunt in generatione eius cibi generati cholerae nigrae, & ex causis fortibus in generatione melancholice est superfluitas tristitia et timoris. Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. facile intemperiem melancholicam incidunt. Qui & uigilijs & multis laboribus & solitudine & tenui uictu fuerint educati, ad haec accedunt, si haemorrhoids aliqua restricta sit, aut alia quaedam consueta sanguinis euacuatio, aut mulierum menstrua insuper si quis usus sit cibis qui suapte natura sanguinem melancholicum efficiunt, ut caprina bubulaq; caro, magisq; hircinae et taurinae asinorum ac camelorum carnes. Item uulpinae caninae atq; magnam uim in huiusce modi generatione ex lepore cibus est, sed nullo magis ac limaces frequenter comeste omnesq; terrenorum animalium carnes sale condite. Ex aquatilibus thumni balene, uituli marini, delphini canis atq; cetera ceorum omnium, ex oleribus brassica sola feret, inter legumina lentes, mox panis fursuraceus et qui ex uiriatis seminibus conficitur. Praeterea uina crassa nigraq; aptissima sunt ut ex ipsis melancholicus humor efficiatur, uetus deniq; caseus & c. Vide de his etiam Gale. de atrabile ca. 4. & 6. & c. De causis antecedentibus loquitur Gale. 1. q. fiat sine materia aphr. 6. comm. 53. Et Auic. prima

tertij, tra. 5. causa est malitia complexionis frigide & sicca si ne materia permutante substantiam cerebri & complexionem spiritus luminosi ad tenebras, aut est cum materia & illa materia, aut est in uenis ueniens ad eas ex loco alio & conuertitur ad cholera nigram per adustionē, aut est materia imbibita in corpore cerebri & c. & Paulo infra inquit & oportet ut scias q. cholera nigra faciens melancholiam, quandoq. est cholera nigra naturalis, aut phlegma quando conuertitur in cholera nigram ob spissitudinem, aut ob aliquam adustionem, quanuis hoc sit rarum & parum & c. B. Nota ex Manardo in secunda epistola noni libri pituitam adeo affari non posse in corpore humano, ut nigra in totū euadat. Be Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. Igitur ea quam atrabilis constituit, in melancholiam transit, que uero a pituita parta est, in alia affectionem permutatur melancholiam haudquaquam efficiens & c. Gal. 5. de sympt. cau. in fine sola autem melancholica dementia a frigidiori succo, ut causa euenire solet & c. Et. 3. de loc. aff. cap. 7. prouenit huiuscemodi humor in quibusdam plurimus, uel a temperie ab initio comparata, uel a cibis in hunc humorem conuersis & paulo ante melancholici sunt in quibus siccitas & frigiditas dominatur & c. Vide etiam caput sextum de atrabile. Aet. ser. 6. cap. 9. Generatur autem caliditate multa indigena, aut flauam bilem, aut crassiolem sanguinem adassante & c. Vide etiam Gal. 3. de loc. aff. & 2. artis curatiue & c. Cause coniuncte recitantur ab Auic. loc. cit. ibi & una queq. specierum cholerae nigrae quum in cerebro est modo predicto facit melancholiam. Gale. 5. de symp. cau. in fine lib. Porro omne delirium deprauatus est principis facultatis motus, a prauis succis aut cerebri intemperie ortum habens & in fine cap. Quod nobis extrinsecus accidit, quum ambiens nos aer uastissimis tenebris fuerit obscuratus id

melancholicis ab intimo corpore erumpere uidetur, occupante cerebrum, uel ipsamet atrabile, uel uapore quoquam melancholico &c. De causis etiam per consensum loquitur Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, Interdum cerebro accidit, ut nonnunquam uniuerso in uenis sanguine melancholico effectio ob commune uitium ipsum quoque ledatur, nonnunquam uero reliqui corporis sanguine prorsus inuocuo, solus qui in cerebro continetur, uel aliunde in ipsum deriuans aut in ipsomet humor melancholicus genitus est, &c. Et paulo post sunt etiam nonnulli qui per febriles morbos melancholicum humorem contraxerunt &c. Auice. prima tertij, tra. 5. ca. de Melancho. Cuius causa est extra cerebrum communicat res aliqua ex qua humor, aut uapor tenebrosus eleuatur ad cerebrum & res illa aut est in toto corpore, quum ei dominatur complexio melancholica, aut precesserunt agritudines quibus succedit melancholia ut febres temporales & permixtae aut quum fit permutatio ex epilepsia, aut est in splene, quum in ipso retinetur melancholia & non potest ipsam purgare, uel trahere nigram ex sanguine, aut quia in ipso peruenit apostema uel opilatio &c. Lege fufus eum & inuenies etiam caliditatem hepatis esse causam &c. Aet. ser. 6. cap. 9. perducit etiam ad consensum cor ipsum ob uicinitatem et ibi, plerumque partes circa precordia primario affectae caput ad consensum perducunt & delirium efficiunt &c. Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. Videtur quidem in ipso uentriculo inflammatio esse, Sanguis. n. in parte inflammata contentus crassior et atrabili magis conformis et sicut ex uentriculo halitus fumosus ad oculos eleuatus suffusorum accidentia efficit pari ratione, sublata ad cerebrum ab atrabile euaporatio, melancholica accidentia excitat &c.

De signis Melancholix.

Signa principij melancholix sunt timor & maestitia sine

causa, solitudinis dilectio, iudicium corruptum, iræ uelocitas. Signa confirmata melancholiæ sunt si quæ cogitare cepit ore promat et pmisceat actus et uerba ut si dicat timere casum coeli, uel putet se esse regem & sic adest timor et existimatio mala, & sermonis alienatio, sollicitudo & angustia & non timenda timet & c. Signa melancholiæ in cerebro sunt superflua cogitatio & assidua sollicitudo melancholica, firmusque aspectus ad terram, uel ad aliam rem. Item capitis faciei & oculorum color niger, capilli crassi & nigri, proceduntque male cogitationes ac insomnia, uel aliqua cerebri egritudines ut epilepsia nec adsunt in dicia per consensum afficientia. Signa quum a toto per consensum fiat, sunt gracilis corporis habitus qualis est niger hirsutus & ex toto melancholicus per naturam uel per acquisitionem, sicuti per sollicitudines, uigilias, malorum ciborum esus, uel per menstruorum uel hemorrhidarum oppressionem, adest insuper multitudo pillorum uehementer nigrorum atque crassorum & c. Signa hypocondriacæ melancholiæ, quæ Auicenna Myrachiam uocat, sunt, inflationes, rugitus, ructus acidi, ardor & hypocondriorum grauitas, aluus restringitur, uomitus, dolor uentriculi & proprie a cibo quousque digestum sit, accidunt etiam ex acceptione cibi multa accidentia, quæ facta digestiõe minuuntur, iuuantque a uomitu ructu flatibus & excretionem alui ac a concoctione. Signa humorum, si fuerit atrabilis sanguinea primum insaniunt cum risu uero uel flecto, nec ulla adest mæstitia, si melancholia fuerit pura tunc mærent plorant mortem expetunt, si bilis perassata, tunc uehementer insaniunt effrenes ad modum ferarum euadunt & uiolenter homines uerberant & c.

Loci consentientes de signis Melancholiæ.

Hippoc. aphor. 6. aphor. 23. Si timor atque mæstitia longo tempore perseverent ex eo atrabilis significatur. Auic. prima

tertij. tra. 5. ca. de sig. melancho. Signa principij melancholiz sunt exilimatio mala & timor sine causa, & uelocitas iræ & dilectio solitudinis & tremor & uertigo & sonitus & tinnitus & proprie in myrach &c Razes 9 alman. Quum alicui male cogitationes sine causa acciderint, & timor & melitia in eo præualuerint est principium melancholiz Gal. 3. de loc. aff. ca. 7. Differunt inter se melancholici, nam omnes timent, merent, uitam damnant, odio habent homines sed nō omnes mori cupiunt. De signis confirmata melancholiz loquitur Auic. loc. cit. ibi. Quum autē confirmata est tunc adest timor & malitia exilimationis & angustia & sollicitudo & alienatio sermonis & fastidium propter multitudinem uentositatis & species timoris ex eis quæ non sunt aut sunt, penē infinita. Nam quidam timent casum cæli supra se, alij q̄ terra eos absorbeat, alij timent latrones & quandoq; imaginantur se factos reges &c Razes loc. cit. At si quæ cogitare cæperit, ore promat uerba sua actusq; permisceat, iam perfecta est melancholia. Faciunt quoque ad hunc locum quæcunque ex Gale. in 5. de sympt. cau. & 3. de loc. aff. cap. 7. supra recitata sunt. Itidem habet Paul. lib. 3. cap. 14. & Aet. ser. 6 cap. 9. ibi, In summa melancholia multifor mita deliria sunt ob particulares corruptas imaginationes, non pauci mortem timent &c. De signis melancholiz in cerebro lege Gale. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, Quum autem propria melancholia accidētia auctiora uidentur, circa uentriculum uero nulla, aut pauca admodum sunt, haud ab re existimaueris primitiuam in cerebro affectionem consistere, ob atrabilem in ipso congestā &c. Aet. ser. 6. cap. 9. Cognitio an totum corpus melancholicum sanguinem habeat, an iuxta solum cerebrum talis sit nigriores & hirsuti & qui uenas amplas habent aptissimi sunt ad atrabilis generationem, inter dum homines rubicun-

di in melancholicam temperiem transeunt, similiter & flau
 ui præsertim ubi uigilijs laboribus & curis & tenui uictu
 aut melancholicis eduljijs usi fuerint &c. Vide etiam quæcum
 que supra ex Gale. de causis primitiuis uerba fecimus. Itæ
 de adserit Auic loc. cit. ibi signa eius quæ in cerebro est, sunt
 proprie superfluitates cogitationis & assiduatio sollicitudi
 nis melancholicæ &c. De signis per consensum totius corpo
 ris loquitur Paul. lib. 3. cap. 14. ibi, peculiare melancholie
 notæ sunt, gracilis corporis habitus niger hirsutus & ex to
 to melancholicus uel natura, uel acquisitione per sollicitudi
 nes uigilias &c. Auicem loc. cita eius quæ facta est, commu
 nitate totius corporis est nigredo corporis & arefactio &
 retentio eius quod euacuatur ex splene & stomacho et quod
 euacuatur cum periodis exano & menstruis &c. lege Gale.
 3. de loc. aff. cap. 7. Facit etiam mentionem de signis melan
 cholie hypocondriacæ. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, Quinque circa
 uentriculum prima inceperint accidentia, ipsisque auctis me
 lancholica sequatur affectio, deinde alui deiectione & uomi
 tu & proba concoctione ructibusque leuetur is qui laborat,
 hypocondriacum flatuosumque morbum ipsum nominabimus
 &c. Auic loc. cit. Signa myrachie sunt grauitas in myrach et
 attractio ad superiora & nausea inseparabilis et mali in ani
 me & corruptio digestionis & eructatio acetosa & sputum
 humidum & rugitus et exitus uentositatis &c. Lege eum su
 sius, lege etiam Paul. lib. 3. cap. 14. ibi, Qui hypocondriaca la
 borant habent cruditates acidos ructus ardorem & ipsorum
 grauitatem præcordia sursum conueluntur &c. Razes. 9. al
 man. Qd si cum melancholia fuerit dolor uentris & inflatio
 et malus color, et digestionis corruptio, et uomitus acetosus,
 &c. De signis humorum loquitur susius Auice loc. cit. ibi. Et
 cholera nigra faciens melancholiam, quando est cum sanguine

est cum gaudio & risu, & non comitatur ipsam tristitiam uehemens & si est cum cholera, tunc est cum agitatione & lesione & demonio & est similis manie, & si fuerit cholera nigra pura, tunc aderit cogitatio plurima & audacia minus, nisi moueatur & rixetur et habet odium cuius non obliuiscitur & c. Lege etiam Paul. lib. 3. cap. 14. ibi, si quando flauue bilis supra modum exuste in nigram fiat mutatio & c.

De cura melancholice sine materia.

Quum dictum sit supra, cerebrum uel primario affectu uel per consensum laborare & q. primarius affectus uel ab intemperie nuda sine humorum complexu uel cum humoribus complexa perficitur, idcirco primum de cura eius qui sine materia sit agamus. Hec igitur mala temperies triplici scopo remouenda erit, Primum alteratione cum ijs preestitim, quae cerebrum & cor roborant, Secundo cum euacuatione & diuersione, nam si quispiam humor fuerit in fluxu, euacuari debet ac diuertere, Tertio cum sympt. remotione. Alteratio fiet cum humectantibus calidis uel frigidis prout in diascrasia expediet roborantibus tamen spiritus cor & cerebrum. Spiritus simpliciter roborant oua uinum aqua carnis, spiritus & sanguinem purificant margarite capillus uentris fumus terre & c. lapsus temperamenti cordis emendat, si sit frigidus, muschus ambra melissophilon borago, si calidus, camphora, rose, sandali, acetosa uiole nimphea coriandrum, coralli. Euacuatio fiet per simplicia uel per composita, simplicia sunt helleborus niger, aloes, agaricus, colocynthis, epithimum, sena, myrobalani chebuli, lapis lazuli, lapis armenius serum lactis & c. Composita sunt di. sene, confectio ha mech, hiera hermetis, hiera iusti, pillule de lapide lazuli, pillule inde, decoctum sene epithimi & c. Remotio sympto. uersatur circa vigiliarum remotionem, cum somni feris

tam intrinsecus quam extrinsecus adhibitis, caueant se ab imminuentibus periculis, ne alta petentes interdum se præcipitent, uel ne arepto ferro alios percutiant uel semetipsos intemant &c.

De cura melancholiæ cum materia.

Cura male complexionis cum materia in cerebro per scopos quinque absoluitur, Primo per sex rerum non naturalium institutionem, Secundo per materiae preparationem. Tertio per euacuationem, Quarto per reuulsionem ac deriuationem, tum a cerebro, tum a corde, ad alia membra minus principalia, Quinto per resolutionem residui & cerebri a cordis roborationem. Victus ratio in melancholia sit calida & humida, magis tamen humectans quam calefaciens, sitque probi succi concoctu facilis, uitentur quecumque atram bilem generant, de quibus supra in causis primitiuis satis copiose a Galeno dictum est, Commendantur uolucres montanæ non pingues, ouæ gallinarum mollia, pisces petrosi, carnes hædinæ & lactentiū animalium, uitentur animalia in stagnis degentia, Potus sit uinum tenue album non uetus, abstineant a copia potus ne cibi ex uentre fluitent, acetum a cibo commendatur, somnus non prohibeatur, imo cum remedijs sepe arcessendus est, uicem motus leues frictiones suppleant, coitus uitentur & sudor copiosus, in accidentibus animo caueant ærorem & tristitiam, sed sonoribus cantinellis ac modulationibus letificentur, uitentque cogitationes &c. Preparatio materiae fiet per syro. & per decocta, Syrupi sunt, de pomis, de epithimo, de fumoterra de lupulis de uiolis de suc. boraginis de cort. citri &c. Decocta sunt ex epithimo senapolypodio lupulorum thimo fumoterra boraginis mentæ calamo aromatico, mellisophillo mace rosmarino xyloaloe &c. Euacuatio, si materia in capite continueatur, non fiat per uenæ, sectionem nisi uel copia satis

guinis adsit, uel præservationis gratia id fiat sed potius per atram bilem subducentia eam, moliemur, prout supra dictum est. Remissio & deriuatio fiet per enemata, frictiones cucurbitulas de quibus alias satis copiose uerba fecimus. Resolutio residui per intrinseca & extrinseca perficitur. Extrinseca erunt balnea sacculi et epithemata, balnea uel naturalia sponte scaturentia, uel artificialia cum herbis prædictis parata, sacculi quoque parantur ex floribus buglosse boraginis mellis sophili rosarum & cum been albo et rub. sandalis garyophilis &c. Similiter epithemata cum debitis aquis & pulueribus cordi dicatis componantur. Intrinseca sunt sacharum buglossatum boraginaceum rosaceum uiolaceum addendo ijs aliquid diamusci dul. & electuarij de gemis &c.

De cura melancholiæ per consensum.

Cura melancholiæ per consensum binis intentionibus præseruatiuis potius quam curatiuis perficitur. Quarum altera cauet ne hic humor abundet. Altera cerebrum roborando, efficit nequid in se recipiat, & siquid receperit id expurgando a se expellat. Humor non abundabit, si per sectionem uene, (præsertim atrabile uniuersum corpus occupante,) uel per purgantia pharmaca superius habita patiens euacuetur, præparando tamen interim ac alterando prout in dyscrasia expedit, rursum; repurgando, deinde reuellendo ac diuertendo cum cucurbitulis lotionibus, aut mēstruorum uel hemorrhoidarum euocatione, et in fine resoluendo siquid supersit &c. Roboratur cerebrum cum humectantibus calidis uel frigidis prout morbus requiret tam intrinsecus quã extrinsecus aplicitis, sicuti fieret epithema cū rosis nemphare folijs salicis uiolearū boraginis mellisophylli stechadis et hœdino capite &c.

Loci consentientes de cura Melanch. sine materia.

Auic. prima tertij, tra. 4. cap. de cur. Mel. Si melancholia fuerit

fuerit ex malitia complexionis singularis frigide aut sicce
sufficiet, ut administres calefactionem cordis cum letificanti
bus e medicinis de musco & thyriaca & medridato & smi
libus, et cura caput cum eis quæ dicta sunt in cap. de stolidita
te & c. Gal. etiam. 3. de loc. aff. cap. 7. decura melancholice sine
materia loquitur, ibi, Interim morendi sunt amici, qui me cu
rantem uiderunt, frequentibus balneis, uictuq; humido boniq;
succis nulloq; adhibito præsidio huiusmodi morbum me cu
rasse, ubi nondum oblongū temporis tractum, nocuus humor
euacuationi resisteret & c.

Arcul. in. 9. alm. nouem modos roborandi ac alterandi spi
ritus & cor docet quem tu fusus uidere poteris. Decura in
cerebro cum materia loquitur, ibi. Auic. prima tertij, tra. 4.
Si est ex materia melancholica in cerebro confirmata tunc
thesaurus curæ est tres res, Prima euacuatio materiei, Secūda
ut admistres cum euacuatione humectationem assiduam cum
embrocis & oleis calidis, Tertia ut administres confortatio
nem cordis in complexionione frigida cum calidis letificantibus
& c. De uictus ratione lege. Aet. ser. 6. cap. 10. ibi. post balnea
cibos damnus concoctu faciles flatu exortes plerunq; con
ueniunt panes cilibano cocti probe parati, uolucres non pin
gues non uirose, montanæ, oua gallinarum mollia, pisces, pe
trofi, & molles carne, uitentur in stagnis degentia & in palu
dibus ex carnibus conueniunt hedinæ & lactentium anima
lium & magis extremæ partes probe concoctæ. Vinum sit
tenue et album et non ualde uetus, Nec æceruatim detur inter
cibum, nec magna copia exhibeatur, ne cibi in uentre fluitent
& c. Paul. lib. 3. cap. 14. etiam de uictu facit mentionem, ibi,
uictus omnibus melancholicis confert probi succi & medio
criter humidus uitanda sunt caro bubula & quecunq; atram
bilem generant & c. Itidem Auic. ibi, sumat cibos laudabilis

chymi humectatiuos ualde & fiat augmentum in hoc ut cor-
 pus eius tenere fiat cum cibis conuenientibus & c. Lege eum
 fusus. Rases in Diuis. potet uinum album subtile clarum
 cum aqua plurima. Aqua sit boraginea inquit Guai. De prepa-
 ratione materiae habes. Aet. ser. 6. cap. 10. ibi, optimum est pu-
 legij de coctum sepe bibere & ante purgatoria et post. Mesu.
 cap. de melanch. fac ut cadat digestio aequaliter in materiam,
 quoniam est cura uera & c. Hip. in lib. de atra bile, Primum
 quidem bona digestio cura sit dein de purgatio, Et Auice. loc.
 cit. Incipe a digestionem et paulo infra laudat syrupum in quo
 semina flatus discutientia decoquantur. De euacuatione me-
 lancholiae loquitur Gal. 3. de loc. aff. cap. 7. ibi, Nam ubi uniuersum
 corpus sanguinem melancholicum continet, curatione a sectione
 uenae incipere oportet, ubi uero solum cerebrum sanguinis
 detractione aeger non indiget, quantum ob aliam forte causam
 mitti possit & c. Itidem adserit Aet. adiungens nisi praeserua-
 tionis gratia detractionem faciamus. Auice. prima tertij, cap.
 de cur. mel. Amplius euacua in principio rei cum medicinis
 lenibus in quibus recipiuntur epithimum, pulpa colocynthidos
 & scamoneae parum, deinde cum decoctione in qua sit epithi-
 mum & agaricum, & postea si non confert administra hie-
 ras magnas deinde helleborum sed cum timore & cautella,
 quae si non conferunt, rursus reuera & in omni hebdomada
 euacua uice una & c. B. Nota melancholicos ob grauitatem
 humoris per inferiora purgari debere, unde Hippo. aphor.
 4. aphor. 9. Melancholicos plenius inferiores, eadem ratione
 contraria apponentes, unde dixit ad potius pro & potius
 i. plenius pro fortius quam humor de sui natura ad exitum
 sit ineptus. Paul. libr. 3. cap. 14. purgentur per initia epithimo
 uel aloë. Aet. ser. 6. cap. 10. In quibus uitiati humoris magis
 redundant agrum purgabis per hieram ruffi aut archigenis

aut iusti, conducit etiam sero lactis aluum subducere quod a lacte per cocturam separatur. B. Modus seppregandi lac a sero habetur non solum hic ab Aet. Sed etiam à Diosco. cap. de lacte, ubi etiam modum bibendi demonstrat.

De reuulsione & resolutione loquitur Auice. ibi, Quūq; purgaueris attende ad cor cum his quæ multotiens diximus & administra masticationes gargarismata & odoramenta bona muscum & ambram & alfeniati & xylō aloen & c. B. Alfeniati sunt species aromaticæ ut gariophyllum & similia. Mestu. Secundum regimen est faciens resolutionem cum mediocritate uide Arcul. & ceteros practicantes de resolutione & c. De cura per consensum lege primum illud Paul. Morbum qui ex totius corporis consortio trahit originem, uiribus ualentibus, a sanguinis missione curare incipies & interposito tempore uiribus recollectis inferius purgare conuenit & si hamorrhoidibus aut mensibus suppressis morbus proueniat horum purgationem moliemur. Itidem ait Aet. ser. 6 cap. 9. ibi, Quum igitur totum corpus melancholicum sanguinem habuerit & c. Itidem Auic. loc. cit. ibi, Nam si uides uenas plenas qualitercunque sit cholera nigra est sanguinea, phlebotometur igitur ex nigra & c. Lege etiam Gale. 3. de loc. aff. cap. 7. De alijs intentionibus habes plura iuxta modernos authores, Auice. pro resolutione utitur triphera. 3. iij. ephitimi 3. i. hieræ 3. 5. Aet. theriaca præsertim hieme & uere. De roboratione cerebri lege Auice. ibi, Succures illi cum eis quæ caput infrigidant & humectant ipsum ac confortât, ut non recipiat quod peruenit ad ipsum ab alijs & c.

Observationes in cura.

Auic. prima tertij. tra. cit. Oportet ut cura eius fieri incipiat antequam confirmetur quoniam facilis est in principio, & praua et difficilis cum est confirmata, sitq; studium tuum

in humectando magisq; incalefaciendo. Itidem ait Aet. ser. 6. cap. 10. ibi, Incipientem affectionem curare oportet &c.

Observationes de cibo.

Auic. loc. cit. Et prohibe ne comedant post cibum illu-
dium & ab intermissione cibi super cibum iam corruptum,
& alienent a se fabas carnes salitas lentes & caules & uinea
crassum & nouum et omne sal & omne falsum & acre &
acutum & quod est uehementis acetositatis, sed sumat pina-
gue & dulce & cibos generatiuos sanguinis laudabilis &c.

Observationes de euacuatione.

Mesu. cap. de melancho. tria in euacuatione annotanda pro-
ponit. Primum ut non semel laboriosam & subitanam eua-
cuationem faciamus, sed pro temporis interstitia, nam subi-
tanea ac uiolenta euacuatio nix a natura regulatur. Secunda
q; solutiuum sit commensuratum non excedens mediocritate.
Tertium non spolietur a rebus lenientibus et humectantibus.
Hoc idem sentit Auic. ibi, euacuato in rei principio cum me-
dicinis lenibus &c. B. Adde tu q; pharmacu in se habeat ali-
quid ex medicinis membra principalia & spiritus roboran-
tibus &c.

Observationes de sectione uenæ.

Gal. 3. de loc. aff. ca. 7. Quum speraueris in uniuersi corpora-
ris uenis melancholicu sanguinem contineri, quo certio-
rem habeas notitiam, mediam cubiti uenam seca, qua communis
est quod si fluens sanguis non uideatur melancholicus, statim
supprimatur, si uero talis appareat, euacua quatum pro labo-
rantis corporis habitus satis esse conieceris &c. Itidem Aet.
cap. 9. adserit Auic. loc. cit. Amplius si phlebotomas & in ue-
nis sanguinem subtilem, non retineas sanguinem propter hoc,
quonia multotiens in ipsa præcedit subtile. Et similiter oportet
ut amplifies phlebotomiam, ut non effluat quod subtile

est & retineatur crassum. Mesu. si sanguis exuberat in toto et uena plena sunt, euacua ex uena nigra & post ipsam ex basilica et hoc in melacholia, in mania uero fac, e, contra, Incipe a basilica deinde ex uena nigra & posthas phlebotoma ex sa- phenis & c.

Obseruationes de alteratione.

Arcul. & Marc. Catin. fac q. alteratio, non uirtute solum, sed etiam numero euacuationi correspondeat, ita, ut non fiat statim sed successiue ut dictum est.

Obseruationes de resolutione.

Auic. loc. cit. non administrantur pura resolutiua ut non incrassetur humor propter resolutionem puram & c. et paulo post, Quumq; administras embrocas, non est uia administrandum in frigidantia pura super caput & c. Intellige in mania & c. Michael. Sauro. diuretica in hoc casu sunt suspecta ex eo quod tenue educunt & crassum aptum in melancholiam conuerti reliquunt & c.

Melancholiam incitantia.

Inducunt melancholiam et maniam carnis uacine, nimius anacardi usus alleum hyosciamus lentes, solatrum fluuiale, nitis alba & quaecunq; sanguinem crassum efficiunt.

Melancholiam curantia.

Curant melancholiam, absinthium, epithimum, fumus terra, borago, buglossa, lupuli, anacardi, aurū, margarita, calamus aromaticus, sena, helleborus niger, eupatorium, mellisophyllon, matricaria, scylla, stechas, thimus, myrobalani chebuli & nigri, oxinum fluuiatile, diasene, confectio hamec, lonsectio esdra nic. ius galli decrepiti, serum lactis, pliris arcoticon nic. rosata magna nic. dianacardinum serapio. S. antido. mitridatū, lapis armenius, lapis lazulus, pillule inde. pillule de lap. lazuli, sal indum, sacharum buglofaceū

boragineaceum, rosaceum, muscus, letificans almans. In de gemis, & mille alia qua arte parari possunt. Vide de hac re. Varigianam cap. 8. tra. 2. Plura composita afferentem, uide etiam Montag. cons. 47. de aegritudinibus cap. Vide in super Arcul. Michael. Sauo. & Gord.

De pronosticis melancholiz.

Hippoc. lib. de atrabile Morbus hic quum nondum fere incepit curari debet, nam inueteratus difficulter curatur ac tractatur, cognosces esse confirmatum ex signis supra positis. Et aphor. 6. aphor. 53. Desipientie quæ cum risu sunt securiores quæ uero cum studio periculosiores.

Obiectio.

Quomodo esse potest risus in melancholia quum dictum sit, marorem & tristitiam esse eius accidentia?

Responso.

Duplex est risus fictus & uerus, sed de hoc lege Gentilem & Arcul. qui de hac re fusius sermocinantur, intellige; securiores pro minus periculosas. Et aphor. 6. aphor. 21. In insanientibus si uarices uel hemorrhoides superuenerint insania solutio. B. Fit solutio, natura ad ignobiliores partes humorem melancholicum transmittente. Auic. cap. de Melan. si accidat casus appetitus tunc aegritudo est mala, et si accidant in corporibus eorum ulcera tunc mors est propinqua. Si uero cholera nigra appareat in egestionem uomitum, urina in coloris cutis lentiginibus & panno & ulceribus, scabie uaricibus elephantia & cursu quod ex ano profluit est signum bonitatis, quia hæc signa omnimodam a sanguine discretionem ostendunt &c. Et aphor. 6. aphor. 56. In morbis melancholicis ad hæc periculosi decubitus stuporem corporis uel convulsionem uel furorem uel cecitatem significat. Et aphor. 6. aphor. 2. Atrabile uexatis et renu passionibus hemorrhoides

superuenientes bonum. Auic. prima tertij. tra. s. preparati ad hoc sunt trahit & syllabam multotiens repetentes antequam dictionem proferant & c. et hec ægritudo plus accidit uiris, sed in mulieribus est deterior, et multiplicatur in iuuenibus et senibus. Et plurimum melancholiã habens est spleneticus. & ægritudines quibus succedit melancholiam sunt sicut febres temporales & mixtæ, & melancholia accidens successione alterius ægritudinis calidæ, facilis est curæ, ita, ut embrocationibus remoueat & c. B. Trauli dicuntur qui proferre non possunt, r, & s, ob humiditatem linguam mollescentem, Dixit accidere plus uiris quam mulieribus quia calidiores sunt uiri fæminis. De successione huius morbi per alias ægritudines lege. 3. pronost. tex. 29. in commẽ. Gale. & c. Hippoc. de morb. uulg. melancholici magna ex parte morbo comitiali laborant & econtra. B. Quia habent communem causam idcirco facile alter in alterum mutatur & c.

Authores dissentientes circa Melancholiam.

1. Adserere, in hoc morbo idem esse affectum & causam.
2. Adserere, in omni specie melancholiæ sectionem uenæ congruere.
3. Adserere, pituitam adeo assari posse ut melancholia efficiatur.
4. Adserere, Melancholiam confirmatam sine controuersia posse sanari.
5. Adserere, humorem melancholicum, qui est sex sanguinis non differre a melancholia.

Ad primum Gale. lib. 2. artis cur. Melancholiæ nomen, a causa ipsum faciente prouenit, & humor qui ipsius est causa melancholia ab omnibus dicitur. Igitur sicuti differt causa ab effectu, ita, hic affectus a sua, & sic idem non erunt.

Ad secundum Gal. 3. de loc. aff. cap. de Melan. Vbi uniuer-

sum corpus sanguinem melancholicum continet, curationem a uenæ sectione incipere oportet, ubi uero solum cerebrum, infirmus sanguinis detractione non indiget, in omni igitur specie sectio uenæ non congruit.

Ad tertium Gal. 3. de loc. aff. ca. 7. Igitur ea quæ atrabilis constituit, in melancholiam transit, quæ uero a pituita parta est, in aliam affectionem permutatur, melancholiam haudquam efficiens.

Ad quartum Alex. ca. de melanch. Si confirmatur hic morbus cerebrum ad sui naturam mutat, & æger ad assumptionem medicinarum fit inobediens & c. Hippoc. lib. de atrabile, nõ curatur confirmatus quia in insaniam sæpe conuerti solet, idem etiam Aet. & Auic. adserunt.

Ad quintum Gal. lib. de atrabile et de plenit. circa finem Porro dum ea ueluti fex sanguinis permanet neque ad huc acida facta est, satius forsitan sit, humorem melancholicum illam appellare, nondum melancholiam, sed melancholicum potius humorem solemus appellare quoniam prope accessit ut in melancholiam uertatur, melancholia uero dicitur, quæ iam atrabilis est, & sic per hæc uerba inter se differunt.

De Ophthalmia.

Lippitudo græce οφθαλμία dicta, est adnatæ tunicæ inflatio rubore caloreque plurimo, ac punctationibus eueniens in hoc genere continetur etiam perturbatio siue uacillatio a græcis ταραξίς dicta, quæ nihil aliud est quam oculi humiditas cum calore & rubore nature alieno ob extrinsecam causam forinsecus adueniente, Sequitur etiam tertia species ophthalmiæ a græcis dicta χημωσις arabice alquardenege et fit quotienscumque ab inflammatione uehementi utræque palpebræ ita inuertuntur ut uix oculi ab ipsis contegantur.

Loci contentientes de ophthalmiæ.

Gal. 1. de diff. mor. cap. 13. Lippitudo est membranae quae ce-
 ratoidi tunicae adheret phlegmone. Itidem de part. art. med.
 cap. 3. ait et in lib. finit. med. est inquit phlegmone circa oculos
 cum rubore & plurimo calore & motu difficili ac punctio-
 nibus nata. Auic. tertia tertij, tra. 1. Ophthalmia alia est uera
 & alia ei similis, quae nominatur conturbatio & uacillatio,
 ophthalmia uera est apostema in coniunctiua, et alia quidem
 est quae est apostema simplex non pertransiens terminum, &
 alia est quae magis est pertransiens termini in magnitudine,
 in qua superabundat albugo super pupillam & tegit eam &
 prohibet clausionem & nominatur chimosis & apud nos
 dequar denegi & c. B. ex his intellige tres esse ophthalmiae spe-
 cies, Prima est ταραξις quae leuis est, nam remota eius causa
 remouetur, Secunda ophthalmia quae est apostema simplex
 non pertransiens terminum et in ea est uenarum exuberatio
 fluxus, & dolor Tertia χιμωσις quae est ophthalmia magna
 pertransiens terminum in magnitudine in qua superabundat
 albugo super pupillam & c. Amplius scito omnes oculorum
 morbos esse in triplici differentia. s. ex phlegmone fluxu &
 ulcerationibus, quid sit phlegmone iam declaratum est, Fluxus
 uero est tenuium delatio humorum citra uoluntatem quae co-
 hiberi non potest, Ulceratio uero est ceratoidis ruptio ab ictu
 uel a ualida inflammatione oriens de his uide Gale. lib. fin. me-
 de Habet etiam unaquaeque oculi tunica morbos a quibus af-
 ficitur, quae seperatim a Paulo, & in uno capite ab Aetio
 delarantur. De his uide etiam Manardum episto. 2. lib.
 7. Loquitur insuper Gale. de his primo de diff. mor. cap.
 13. & 4. de sympt. cau. circa principium. Paul. lib. 3. cap. 22.
 ταραξις est oculi humiditas cum calore & rubore naturae alie
 non 7on ex corpore sed a foris adueniente causa. Gale. lib. fin.
 mel. chemosis est ambientis oculum membranae quod album

quoq; appellatur extuberatio albæ carnis persimilis & c. Vie
de etiam Paul. loc. cit. ibi chemosim uocant & c.

De causis ophthalmiæ.

Causæ initiatrices sunt puluis fumus sol aer uel quæcunq;
ex sex rebus non naturalibus & sibi anexis oriuntur. Causæ
antecedentes sunt sex sanguis bilis pituita atrabilis, materia
aquosa & flatusosa. Causæ coniunctæ sunt hi humores oph-
thalmiam ad actum producentes, aut inflammatio aut alius
quispiam tumor. Causæ generationis ophthalmiæ binæ sunt,
prima fit cum materia ex superfluitate alimenti ad natæ tuni-
cæ, paulatim congeritur, aut ipsum alimentum non probe
concoctum in ea permanet & apostema efficit, Secunda est
cum materia per modum fluxus a capite per uenas & arte-
rias musculos ac nervos oblicos siue intrinsece siue extrinsece
ad natam oculi tunicam se confert aut quum ab alijs corporis
partibus materia transmittitur ad oculum iam debilem ob
eius temperaturam, uel a generatione existentem. Causæ dolo-
ris oculorum in inflammatione fiunt aut ex acrim humorum
influxu, aut a distentione tunicarum repletarum aut a crasis
humoribus & a flatusosis spiritibus & c.

Loci consentientes de causis Ophthalmiæ.

Gal. in lib. de ocu. cap. 8. Ophthalmia quæ uisum turbat tri-
plex est cuius causa uel est exterior ut sol fumus puluis, uel in-
terior sicut humores ad coniunctiuam fluentes. Paul. lib. 3. ca.
22. perturbatio oculi fit a foris adueniente causa ut a soli fit
mo puluere oleo & c. Auic. tertiaterrij, tra. 1. itidem ait bi-
fit a causis extrinsecis facientibus in ipso botor & rubifican-
tibus oculum, sicut a soda a distina a sole puluere et fume &
frigore & propter constrictionem ipsius & c. De causis inte-
cedentibus loquitur etiã Auice. loc. cit. ibi, Quum ophthalmia
fit apostema & omne apostema fiat a sanguine uel a plegæ

mate, uel a melancholia, aut a cholera, aut a uentositate, tunc similiter ophthalmiæ causa nõ euacuatur ab una istarum causarum & c. Alex. lib. 1. ca. 23 idem ait ibi considerandum cuiusmodi sit $\pi\epsilon\pi\iota\tau\omega\mu\alpha$ i. superfluũ, utrũ ex humore atrabili sanguineo bulioso pituitofo ue ortum sit & c. Lege etiã omnes fere practicantes de hac re loquentes. Quod autem humores ophthalmiam ad actum producentes sint causa coniuncta patet ex Auice. dum dicat, sed aduentus eius plurimũ est propter cursum materierum & multitudinem uaporum & c. De causis generationis ophthalmiæ lege etiam Auicen. ibi, et quãdoq; humor apostemans generatur in ipso & quãdoq; est adueniens ei a cerebro secundum semitam catarrhi per uiam uelaminis intrinseci & c. lege hunc locum uberius & plura ad rem facientia inuenies, lege etiam Alexan. lib. 2. cap. 23. ibi diligenter prospiciendum est, Vnde nam quod redundat in oculos ex solo ne capite, an ex uniuerso corpore manet, mox arterias ne ante per uenas siue per utraq; in eũ sese locum recipiat & c. De causis doloris ophthalmiæ loquitur Auic. ibi, uiolentia doloris ophthalmiæ aut est propter humorem mordicantem et corrodentem tunicas, aut propter humorem plurimum extensiuum aut propter uaporem grossum & c. Gal. 12. meth. doloris causas in genere longo sermone inuestigat, quæ breuiter ita se habent, omnis dolor aut ob uehementem & aceruatim irruentem alterationem fit, aut ob continuitatis solutionem, continuitas soluitur ruptione contusione ac corrosione. Hæc uero uel ob distentionem aut grauitatem aut mordacem qualitatem producuntur. Si igitur nil extrinsecus sit, quod distendat grauet & corrodat, tunc distentio ab interno humore multo aut a statu concluso aut a plurima siccitate oritur, grauitas a dura aliqua magna aut graui mole corpori extra illapsa contingit, aut ab interno

aliquo magno ac graui tumore, mordax qualitas ex humoribus acris ac mordacibus prouenit, alteratio autem per uehementem fit caliditatem aut frigiditatem siue spirituum siue humorum siue partium solidarum, quæ omnia in omni dolore consideranda sunt, uide illum tu uberius.

De signis ophthalmiæ.

Signa communia ophthalmiæ sunt tumor grauitas dolor et rubor. Signa ueræ ophthalmiæ sunt quum album oculorum in ruborem mutantur cum fluxu lachrymarum & lippitudine in angulis oculorum lachrymalibus collecta. Signa temporum ophthalmiæ sunt si materia ab humore oculi proueniens aquea & tenuis fuerit tunc est morbi principium, si uero crascescat et ad album tendat, erit morbi incrementum, si palpebras quas græci βλεφαροειδεις dicunt adglutinat, erit morbi consistentia præsertim si lachrymarum copia præcesserit, si uero hæc omni minuantur erit morbi finis. Signa humorum sunt & primo sanguinis oculi rubor & tumor & uenarum plenitudo, temporum pulsatio dolor potius extendens quam pungens grama & glutinationes apud somnum fiunt. In biliosa adest punctura uehemens dolorque adurens et uehemens, rubor oculi paucus, lachrymæ tenues & acutæ quandoque exulcerantes & per somnum non aglutinantur, tumorque paruus uisitur. In pituitosa adsunt tumor parua caliditas, rubor ad albedinem decliuus cum pauculo dolore & multa grauitate, glutinationes iuxta somnum fiunt & color faciei est albus. In melancholica dolor debilis grauitas cum offuscatione, exiccatio cum perseuerantia, paucitas glutinationis et minute sunt grama & pauca lachrymæ. Signa flatuosa ophthalmiæ sunt extensio sine grauitate, ruboris paucitas sine lachrymarum fluxu. Signa perturbationis sunt leuitas curæ et causæ præcedentes & quantitas apostematis primitiui. Signa quando fit non

per consensum sed per essentiam in capite sunt dolor capitis
 præcedens & grauitas &c. Si consensu uentriculi præcessit
 uomitus nausea &c. Signa fluxus humoris per partes exterio-
 res sunt frons extenta uenæ exteriores plenæ &c. Si per in-
 trinsecas tunc præcedit frequens sternutatio dolorq; ab inti-
 ma parte oculi, antequam ophthalmia appareat &c.

Loci consentientes de signis ophthalmiæ.

Signa communia tetigit Gal 2. de loc. aff. cap. 7. ibi, Inflammatis partibus accidit ut rubescant tendantur, renitentur in tumescant & doleant uide de his Arcul. in. 9. alm. De signis ueræ ophthalmiæ meminit Razes. 9. alm. ibi, Cum ea quæ in oculis alba sunt & in rubedinem mutata fuerint, fluxerintq; lachrymæ & in angulis oculorum lachrymalibus lippitudo collecta fuerit, dicimus tunc ægrum pati ophthalmiam & quanto plus symptomatum uehementia aut ipsorum adfuerit in minoratio tanto magis erit ophthalmiæ fortitudo uel debilitas. Signa temporum ophthalmiæ habentur ex Auice. tertia tertij, cap. de sig. oph. ibi, Cũq; palpebræ conglutinari incipiunt tunc iam maturationis adest propinquitas dum uero perseverat fluxus aquosus est initium adhuc &c. Vide in hoc latius Arcul. & Sauonaro. De signis humorum loquitur Alex. lib. 1. ca. 23. ibi, sanguis cognoscitur quum sanguineo colore omnia tincta sint uultusq; cum rubore suffunditur, receptacula sanguinis plena uisuntur, grauitas sentitur, functiones solitæ segnius perficiuntur, lachrymæ nec mordaces nec acres erunt &c. Notæ bilis sunt biliosa complexio lachrymæ mordaces, non solum hirquos qui, a Græcis καυτοί dicuntur exurentes sed & genas & quasunque partes attingunt &c. Auicen. loc. citato. Sanguineam ophthalmiam significat color oculi exuberatio uenarum, & pulsatio

temporum &c. Vide fufius etiam de alijs humoribus, & nota q. Arabes pro lippitudines fuperfluitatem quartæ concoctionis in oculo intelligunt & quandoq; accipitur pro illa humoris parte quæ oculū infestat ut Razes, & quas uocat Aet. glutinationes & granas, Arabes dicunt lippam &c. De signis perturbationis meminit Auicen ibi, post dicamus q. conturbatio cognofcitur leuitate fui & caufa fui & quantitate apoftematis &c. Similiter de signis per confenfum & per effentiam ibi ophthalmiam in capite fignat fola grauitas capitis & fi eſt cum communitate ſtomachi aſociatur ei nauſea et conturbatio &c. Signa fluxionum per partes exteriores habet Paul. ibi. fluxiones extra caluariam notant uafa in fronte & temporibus diſtenta & caput ueluti reuictum tum q. ex agglutinamentis ſicca præſidio ſunt. Si hæc deſint & fluoris impetus per rogetur & ſternutamenta nonnunquam moleſte elidantur humorem ſub calua contineri ceſendum eſt. Itidem ait Auice. Si uia fluxus a cerebro ad oculum non eſt niſi per uelamen extrinſecum tunc frons eſt extenſa & uenæ exteriores ſunt plenæ &c.

De cura perturbationis.

Perturbatio per eius cauſe ablationem curatur & ſi quid doloris remanet per alterationem in contrarium reiſcitur. Nam impreſſio calidi per frigida, frigidi per calida facile remouetur &c.

De cura ueræ ophthalmiæ.

Quinq; in cura occurrunt ſcopi, uidelicet uictus ratio, reuulſio et deriuatio, humorū præparatio, euacuatio, et ſymptomatum ablatio. Victus ſit in principio parcus boni ſucci facile concoctilis uitentur acetofa ſalfa coictus motus, potus uini præfertim in principio, laudantur ſomnus, aer obſcurus alui excretio aſidua. Reuulſio et deriuatio ſient per ſectionē uenæ

saphenæ commuis & cephalice ab eodem latere præsertim si plethorica fuerit dispositio, fiet citam per frictions a superis partibus ad infimas descendentes, uel per cucurbitulas uel per clysteria et pillulas soluentes ut Razes. Preparatio humorum fiet in calido humore cum frigidis tenuem humorem in crassantibus ut cū syro. de papauere rosaceo iuiubino de granatis &c. In frigido cū calidis ut rhodomelle oxymellite simplicis &c. Euacuatio perficitur rursus uel per sectionem cephalicæ eiusdem lateris, uel per soluentia pharmaca, soluunt humorem calidum pillulæ aureæ. Aggregatiua electuariū de succo ros. Decoctum myrabolanorum citrinorū casta mana rheub. Soluunt frigidū pillulæ chochiæ diaturbit diaphinicon electuarium indum cofectio hamech &c. Ablatio symptomatū completur doloris causam auferendo & cum anodinis mitigando, et ad leuiā stupefacientia usq; perueniendo &c.

De cura locali ophthalmiæ.

Cura localis triplex est, prima repellit materias ad oculū fluentes cum frigidis stypticis ut oculus non recipiat in principio morbi, Secunda est repulsio admixta resolutioni conueniens augmento & statui, Tertia est pura resolutio conueniens postremæ status partim et declinationi. Exēpli gratia primo ophthalmiæ calide apponatur albumen oui cum aqua rosaceæ, in secunda parte principij sies. album sine sarcacolla, in augmento sies. album cum sarcacolla, & tandem addatur ali quid aque feniculi uel decoctionis fenu græci melliloti. s. citoniorum &c. Commendantur etiam in resolutione balneum & mærum &c.

Loci consentientes de perturbatione & ueræ ophthalmiæ.

Act. ser. 7. cap. 3. perturbationes oculorum facillime curantur si æger a causa lædente discedat ut a sole fumo & alio si

mili & c. Auic. in cura conturbationis & ophthalmiæ leuis
 quæ cursu eius procedit sufficit quandoq; cause abscissio ut si
 fuerit a repletionem sanguinis aut alterius humoris cū euacua
 tione & c. Lege hunc locum fufius. Paul. loc. cit. facillime discen
 titur si obseruentur omnia quæ foris accidentia lumen per
 turbare possunt item parcioze cibo & aluo de facili respon
 dente & c. De uisus ratione in uera ophthalmia loquitur
 Aet ser. 7. cap. 8. ibi, Alimenta danda sunt leuia concoctū faci
 lia & ad digerendum uentri commoda, urinā cientia, nihil
 acre & salsum habentia aut crassi humoris & c. Itidem ait
 Auic. tertia tertij, canon communis in regimine ophthalmiæ
 materialis est minoratio cibi & ipsius exiccatio & electio
 eius quod generat humorem laudabilem et alienatio rei quæ
 est mala digestionis & alienatio coitus & motus & potus
 uini & comestionis acetosi et salsi & c. Similiter et Paul.
 li. 3. cap. 22. adserit: ibi, per initia conuenit nihil assumere & c.
 De reuulsione & deriuatione locum habes in Auic. ibi, tertia
 tertij, cap. 10. Quod si materia fuerit sanguinea adhibebis
 uentosas post phlebotomiam & assiduabis fricationem ex
 tremiaturum & c. & cap. 9. Interdum administrantur caput
 purgia & quæ per nares materiei partem extrahunt & c.
 Paul. lib. 3. ubi πρὸς ἐπιφορὰν ραίματα agit post generales
 inquit corporis euacuationes, medicamentorum usus est quæ
 per nares atq; os pituitam eliciunt caput etiam attondetur et
 incisa cute exasperabitur, huc etiam spectant quas in capite
 χειρουργίας administramus αγγειολογίαν φημι καὶ ἀρτη
 ριολογίαν ὑποταξίσμον τε καὶ περισκυψισμον, καὶ καὶ
 σιν κατὰ τῆς κορυφῆς, ἕως ὀστέου, καὶ σικύαα κατὰ τὰ τοῦ
 ἰνίου μεταεχαραξέος renellere. s. possunt impetum floris
 & c. De humorum preparatione loquitur Mes. ca. de ophth.
 ibi, Quinta res est alteratio & digestio eius quod est trans
 missum

missum & intelligitur tam de extrinseca quam de intrinseca alteratione, uide in hoc casu Arcul. Catin. Gord. & c. De euacuatione quam eradicatiuam uocant meminist Aet. ser. 7. cap. 8. ibi, ubi oculorum distentio fuerit & multus rubor & ad contactum resultus & ardor & lachryma multa & calida tunc sectio uenæ adhibenda erit humeralis appellata ita ut ante deliquium succedat, quo dolor eximatur & feruor inflammationis extinguatur & c. Aet. cap. 9. Si uero uniuersum corpus humoribus uitiatum fuerit refertur, tunc iuxta redundantem & affigentem humorem euacuandum, Nam si pituita magis aquosa redundauerit exhibe pharmacum exi euphorbio & sic de reliquis. Auic. tertia tertij, cap. 9. & oportet si fuerit ophthalmia uehemens ut fiat phlebotomia usquequo timentatur lipothomia & paulopost si egritudo sit cronica tunc facienda est phlebotomia ex lachrymalibus & phlebotomandæ sunt ambæ arteriæ quæ sunt post aures & c. Et si materia fuerit cholericæ euacuabis post phlebotomiam cum eo quod educit choleram & c. & cap. 2. In ophthalmia frigida oportet ut euacuetur humor frigidus et quandoque necessarium est reiterare & c. De ablatione symptomatum habes Paul. cap. 22. Interdum semen papaueris ad leniendum dolorem miscetur, si magna necessitas doloris est etiam opij paululum adhibetur. Auic. loc. cit. & quandoq; doloris uehementia facit necessariam supesfacientium adhibitionem sicuti succi pomorum mars dragoræ lactucæ papaueris & aquæ sumach & c. Similiter & mes. cap. de ophthalmia inquit ibi sextam rem complent administrationes medicinarum dolores sedatiuorum & c. Hip. aphor. 6. apho. 31. Dolores oculorum meri potio aut balneum, aut uenæ sectio, aut medicamentum epotum soluit. B. Intelligitur q; ad remouendum dolorem oculorum, alij pharmaco solueri te in digent, alij sectione uenæ, alij fometo, alij potu uini. prole

eorum exigit dispositio, non enim omnia hæc auxilia eidem homini adhiberi iubet. Competit uini potus quum crassos humores attenuet & interdum transmutet et euacuet, tum quia facit ut somnus concilietur & sic per accidens dolores sedat. Balneum competit, etiam si dolor tumore molli & laxo, uel a fluxu calido minus fieret, Balneum enim partim dolorem remouet partim signum est rei demonstratiuum, quæ uero sectio uenæ dolorem sedat & purgatorium pharmacum iam manifestum, nam remouendo causam, dolor ipse etiam remouetur. Idcirco in ophthalmia unicus tantum erit medendi scopus, ut scilicet, Inflammatio remouetur quæ nec amoueri poterit, nisi causa a qua dependet & ipsa auferatur hoc autem fiet per uentris solutionem ac uenæ sectionem &c. De cura locali loquitur, non solum Mesu. sed & Gale. & Paul. Mes. cap. de ophth. In principio morbi repercussiuus utendum in quibus sit facilitas deinde resolutiuus ita ut perueniatur gradatim & cum successione paulatim ab eo quod est repercussiuum usque ad resolutiuum. Gale. 4. de compos. med. per loc. cap. 2. Adhibenda sunt pharmaca repulsoria non exasperantia, id est non uehementem sortita adstrictionem, sed quæ tum propria sua substantia sunt moderatiora tum lenitiui liquoris &c. Auicen. tertia tertij, cap. 10. Quumque repuleris materiam per euacuationem & attractionem & apocrustica, tunc gradatim tendis ad maturatiua et sint in primis mixta apocrusticis, est ergo conueniens in primis eorum compositio cum aqua rosacea & aqua feni græci est bona maturatiua sedatiua doloris & est maturatiuorum dignior & non est in ipsa attractio postea transi ab his ad decoctionem melliloti, in qua sit dissoluta sarcacolla alba nutrita in lacte mulieris & asinæ, Quum descendere inceperis adde in administratione resoluentium, quod sit fortius sicuti sarcacolla in

aqua feniculi uel feni graeci & administra balneum si sciueris cerebrum esse mundum & da in potu post cibum per aliquas horas aliquid uini antiqui puri in parua quantitate & c.

Obleruaciones in ophthalmia.

Gale. 4. de compos. med. per loc. cap. 2. Manifestum est omnia pharmaca huiusmodi afectionem curantia sub communem omnium inflammatorum curationem cadere assumereq; necessario quidpiam pro partis ipsius natura, quae excellentem molitiem, & ad hoc ut ledatur aptitudinem, super omnem totius corporis cutem naeta est propter sensus subtilitatem et substantiae raritatem & c. Auicenn. loc. cit. cap. 9. Et penitus oportet ut non sit in medicina administrata in oculo & proprie in ophthalmia asperitas nec qualitas saporis acetosi aut acuti, & Paulo infra, & oportet ut patiens ophthalmiam uel rheumatismos ad oculos deuitet in unctionem capitis & destillationem alicuius olei in aurem & c.

Obleruaciones de repercussione in ophthalmia.

Aet. ser. 7. cap. 4. Quicumq; oculi secundum naturam uenas amplas habent & sanguine plenas. Item qui glauci sunt omnino non ferunt colyriorum adstrictionem quoniam repellentia oportet ut sint frigida & stiptica, unde fac repercussiuua ne nimia infriagatione infriudent quia oculum congescunt & uisum auferunt, Secundo fac ut oculum roborent Auicenn. loc. cit. Et oportet in quantum possibile est ut retardetur colyriorum administratio usq; ad tres dies & sufficiat regimen praedictum ex euacuationibus & attractionibus materiarum ad extrema & c. Et Paulo infra oportet ut in principio non administrantur inspissatiua fortia & quae sunt uehementer stiptica, quoniam inspissant tunicas & prohibent resolutionem & magnificant dolorem & proprie cum dolor fuerit fortis & c. Hoc idem confirmat Aet. ser. 7. cap. 9. ibi, Res

repulsoria colyria quum sint fere uiribus frigidiora obstructio-
nem & corporum condensationem faciunt, & dum humo-
rum materias concludunt, maximas inflammationes & gra-
ues dolores inducunt & c. B. Intellige obstructionem fieri si
materia in oculo contenta fuerit frigida, Nam in calida &
tenui corrodeute maior audacia erit in administratione sty-
pticorum inquit Auic. imo non est malum apud me inquit uti
opio ipsum. n. sanat celeriter, uel intellige repulsoria esse ma-
la quotienscuq; materia ex uelaminibus intrinsecis ad oculū
fluxerit, unde Auic. Quum initium est ex uelaminibus intrin-
secis cura est difficilis lege Paul. & Mes. de hac re plura lo-
quentes & c.

Observationes de lacte adhibendo in dolore ophthal.

Aet. ser. 7. cap. 10. Qui lac pro ouo infundunt uolentes do-
lorem obtundere decipiuntur, Nam lac a caliditate in oculo
praeter naturam, facile alteratur, et acrius euadit, unde pro
paruo solatio diuturnam affectionem propinant & c. Auice.
loc. cit. non est conueniens ut dimittatur destillatio lactis in
oculo tempore longo imo oportet ut remoueatur & renoue-
tur omni hora & c.

Observationes de resolutiuis.

Auice. Resolutiua in principio ophthalmiae uehementer
deuota, & oportet ut intendas ante omnia ad mundificationē
lippitudinis cum facilitate & non noceas oculo & c.

Ophthalmiae nocentia & uisum debilitantia.

Nocent oculis, acetum, amyllum, fumus argenti uini, semen
canabis, folia castanearum, caules, coriandrum, crocus, lac,
lactuca, oliuae, opium, ozimum pisces, portulaca & quaecunq;
his uersibus ioci gratia annotauimus.

Hec oculis multum, sol, puluis, fumus & aestus

Ventus, cum fletu, uina, uenusq; nocent.

Acria ne mandes, nec quæ sint plena uaporum,

Nec cepas, lentes, alia, porra, fabas,

*Zoar primo, theisir tra. 8. cap. 21. inquit capita gallinarum
a proprietate causare cecitatem, Item damnat carnes siccas
salsas pinguedinem crassam & uiscosam & proprie porci-
nam. Superfluumq; animi & corporis laborem & c.*

Ophthalmiæ curantia & uisum roborantia.

*Valent ad ophthalmiam, absinthium, aloes, stomos, berbe-
na, camphora, album oui, psyllium, opium, rosa, sarcacolla,
mellilotum, fenugrecū, semperuua sumach, portulaca, Sief
album Mes. Puluis albus Haly. 21. anti. emplastrum ex pomis
coctis zucharo & aqua rosacea, addendo aliquid camphoræ
uide Muntagn. conf. 63. Vide etiam Varig. tra. 3. cap. 8. Item
Gord. Saumon, & Arcul. & c.*

De pronosticis ophthalmiæ.

*Hipp. aphor. 6. aphor. 17. Lippientem alui profluuium cor-
ripi bonum. B. Quia humorum abundantia euacuatur simul
& ad inferiora retrahitur dans nobis exemplum ut in lippit-
udinibus aluum nos quoq; subducamus Auic. Et ophthalmia
est uelocioris status in qua lachrymæ magis currunt & quæ
acuticrem habet mordicationem, & tardioris, quæ est magis
sicca. B. Cognoscitur an longo uel breui tempore sit lippitudo
duratura, aut a multitudine materiæ ad oculum fluente, aut
ab oculi imbecillitate, aut a uiarum latitudine, quod si longo
durauerit tempore, ulcerationem uel oculi interitum pronun-
ciat. Hip. aphor. 3. aphor. 12. si hyems australis & pluuiosa
fuerit & c. & in fine, lippitudines sicca fiunt & c. lege insu-
per aphor. 13. & 16. & 21. eiusdem lib. 3. Auic. loc. cit. si inti-
um ophthalmiæ erit ex uelaminibus intrinsecis cura est dif-
ficilis, & omnis ægri tudo quæ sit per communitatem uelami-
num exteriorum est magis salua & c.*

Q 3

Authores dissentientes circa morbos oculorum.

- 1 Adferere uisionem fieri extra mittendo, & non itus suspi-
ciendo cum Platone.
- 2 Adferere, sectionem uenæ nō conuenire in omnibus oph-
thalmiæ speciebus.
- 3 Adferere, in doloribus oculorum stupefacientia esse ual-
de utilia.
- 4 Adferere, Balneum in ophthalmia minime prodesse.
- 5 Adferere, oculos esse complexionis igneæ, quum maxime
luceant.

Confutatio dissentientium circa morbos oculorum.

Ad primum respondet Aristot. in lib. de sens. & sensa. q. impossibile sit fieri extra mittendo probat. Præterea Auer. 3. collig. Si uisio inquit fieret extra mittendo, sequeretur q. in obscuro uideretur, sicut in luce, neq. lux ut medium, neq. re-
the, nec tunicæ opus essent inuidendo, neq. destructo aliquo isto-
rum uisus destrueretur, De his uide Arist. loc. cit. interrogan-
tem empedoclem, quomodo uisus extenderetur usq. ad astra,
si quid corporeum foret quod ab oculis emittitur, lege de his
suis Conciliatorem differen. 64. & c.

Ad secundum Auic. tertia tertij, cap. 9. Et phlebotomia ex
cephalica est conueniens omnibus speciebus eius. Itē Razes.
9. alman. cap. de oph. In principio curationis minuenda est
semper cephalica, et quāto fortior fuerit ophthalmia, tanto
plus est minuendum de sanguine itidem ait Mes. et sic in om-
ni specie conueniet, si non ratione euacuationis, saltem ratio-
ne diuersionis & c.

Ad tertium Gal. aphor. 6. comm. 31. Si talia sint debilia tunc
fluxiones non reprimant uehementes, si uero sint ualde stu-
pefacientia, ut ex eis maximam oculi inflammationem non
sentiant, tunc necessarium est simul uim uisoriam offendi,

adeo q̄ cessante inflammatione, uel debiliter uel nihil omnino uideant simul autem & quādam præduram dispositionem, quæ difficulter sanari possit in oculorum tunicis derelinqui, & sic per Galenum nullo modo sunt utilia.

Ad quartum Gale. eodem comm. Securissimum est fomentum & omnino aliquam afferens utilitatem, uel tanquam si- gnum ad cognitionem, uel tanquam causa sanitatis, nam si ni- hil influit omnino in oculos fomentum contentam in ipsis sis- perfluitatem dissoluens, sanitatem restituit, si uero ad huc in- fluit, suo calore affert aliquod leuamen, & paulo post dolorẽ auget & tunc fit signum dignoscitium & sic utroq; modo sumo pere confert. ut Gal.

Ad quintum respondet Arist. de sen. & sensa. & quinto de generatione animalium dicens q̄ oculus est cõplexionis aqueæ, quia aqua est impressiõnũ susceptibilis, nec potest esse ignea, quum ignis nimium agitetur & de facili resoluatür nihil pe- ne retinens, igitur non cõplexionis igneæ, uerum oculus quo ad eius spiritus naturam ignis obtinet, sed in ipso simpliciter dominatur aqua. Nam constat q̄ tactus & gustus terre attri- buuntur, oculus aqueæ, auditus aeri, olphatus igni ex funali enim uaporatione perficitur, quæ ignea esse perhibetur & c. Lege tamen de hac re Concil.

De oculorum suffusione.

Affectus quia latinis suffusio a græcis ὑποχυμα, ab Autē. aqua a uulgo charrarata dicitur, est inter chrystaloidem & corneam circa pupillam humoris aquei concretio, quæ ubi p- fecta fuerit uisum impedit, hanc aliqui cum glaucomate idē putarunt sese decipientes, nam hypochyma sicuti est aquosi humoris concretio, ita glaucoma est naturalium humorum in casum colorem, mutatio, Fraterea in glaucomate nil pror- sus, in suffusione aliquantulum cernitur.

Loci de suffusionis descriptione.

Gal. lib. finit. med. suffusio est humoris aquosi in cornea
 loiden & corneam concretio Aet. ser. 7. cap. 51. suffusio est
 præterfusio humorum circa pupillam congelatorum ut ubi
 perfecta fuerit uisum impediatur & c. Paul. lib. 3. Hipochymata
 humorum dicimus effusionem, qui inter tunicam uisum cera
 toidè & chrystaloidè concretescentes impediunt, uisum Auic.
 teria tertij, cap. 18. Descensus aque egritudo opilatiua &
 est humiditas extranea, stans in foramine uene inter humo-
 rem albugineum & syphac & corneam. Quare prohibet pe-
 netrare formas ad uisum. B. Aduerte q. una eadem infirmitas
 est chat. tracta, suffusio, aqua gutta et imaginatio apud arabes,
 in hoc tamen differunt, quia imaginatio est tanquam suffu-
 sionis principium, in quo id uideri imaginamur, quod uere
 non est, aqua uero & gutta est quum in modum aque uel gut-
 tæ suffusio uideatur, Nam dum currit & in compræssione di-
 giti dispergitur aqua dicitur, dum uero firmari incipit gutta
 at quum iam dudum firmata est, uocatur chattaracta, Aet. loc.
 cit. Glaucedo est chrystalini humoris in casum colorem mu-
 tatio. Itidem ait Paul. loc. nuper cit.

De causis suffusionis & eius speciebus.

Cause uel fiunt primario affectu in oculo, ex nutrimento
 huius partis non bene conuerso, aut superfuitate nutrimenti
 non resoluta uel fiunt per consensum capitis humiditate hanc
 ad oculum transmittentis, uel ex uaporibus oris uentriculi
 ad oculos eleuatis deinde a frigiditate oculorum in humida-
 tem conuersis, Species suffusionum uariantur in quantitate &
 qualitate et loco, in quantitate quia interdum tantæ molis est
 ut integram in oculo obstructionem pariat, interdum tam par-
 ua ut non totum lumen occupet, sed per partem res uideantur,
 interdum etiam ita crassa est, ut nihil in lumine compre-
 hendatur.

gatur, interdum adeo subtilis ac tenuis ut res quidem, sed ueluti sub nube cernantur, Ambæ hæc curam nō admittunt cum acu, sed tantum quæ inter has species media quodammodo fuerit. Species in qualitate sunt multi formes ratione coloris, Nam quædam aeri quædam uitro sunt similes, Aliæ sunt albæ, aliæ uirides, aliæ flauæ siue citrinæ &c. Differunt loco, quia aliæ fiunt in tunicis, aliæ in humoribus in tunicis quum aliquod uestigium siue occultum siue manifestum ab ophthalmia uel ab alio morbo relinquatur uel quum adeo crassescat ut uisio impediatur, in humoribus quum uel eorum substantia fiat humiditas aquosa, uel eorum complexio colorem inalteret & nutrimentum transmutet &c.

Loci consentientes de causis & speciebus suffu.

Gal. 4. de loc. aff. cap. 2. sunt & alij oculorum affectus quibus ei per consensum adueniunt, unde subdit igitur accidentia suffusorum uisis similia uidentur, oculis nulla propria affectione molestatis, sed aut oris uentriculi aut cerebri cognitione id accidere solet &c. Et. 1. de loc. aff. ca. 2. Accidit nonnunquam ut efficiens causa pertransiens, non firmum in partem faciat effectum, ueluti quum suffusioni similia quædam oculi imaginantur, collecto in ore uentriculi tenui excremento, unde uapores quidam subleuati, deinde circuenti a uisifica facultate similes imagines moueat, quales per suffusiones apparere consueuerunt id; maxime solet euenire ijs quibus oculorum humor exquisite purus est, aut uisifica facultas quam facillime sentit. Et. 3. de loc. aff. ca. 1. Ita; affecto stomacho oculi similibus infestantur casibus quales in suffusionibus apparere solent, dicendum est, illos pati, elato ad cerebrum ab humoribus in uentriculo contentis, fumoso quoque uapore &c. De his lege etiam in fine cap. 7. eiusdem lib. & quomodo consensus fiat intelliges, Gal. 4. de sympt. cau. cap. 2. facult-

tas uisifica offenditur uel neruo ad oculum descendente affecto, uel cerebro & c. lege fusius totum hoc caput. De speciebus suffusionum loquitur, Gal. 4. de sympt. cau. cap. 2. ibi, Haud aliter accipienda sunt ea, quæ de aquosi humoris quantitate substantia & colore, diximus & c. Auic. tertia tertij, cap. 18. Et ipsa quidem diuersificatur in quantitate & in qualitate, in quantitate quandoq; est plurima & opilat totum foramē, & non uidet oculus aliquid, & quandoq; est pauca quia opilat partem eius & dimittit partem detectam & c. Gal. in lib. de ocul. ca. 12. huius color aquæ est diuersus, quædam. n. aeri, quædam uitro assimilatur, alia est quasi alba, & c. Itidem ait Aet. ser. 7. cap. 51. Auic. loc. cit. Diuersitas in qualitate quandoq; est in essentia quoniam alia est subtilis & clara & alia est crassa ualde & quandoq; est in colore quoniam alia est aerei coloris alia alba & est margaritalis & c. Gal. 4. de sympt. cau. cap. 2. Quod alia per locum affectum fiat diuisio demonstrat dicens, unus affectus ad tunicam ipsam rhagoidem spectat, alter ad humorem tenuem effusum, qui inter crystalloïdā & rhagoidem medius existit, quod etiam intelligendum est de ceratoidē, unde paulo infra adserit q; si ceratoidis tunica crassior densiorq; fuerit hebetem efficit aciem, si uero humidior ac densior, non hebetem solum obtusumq; reddit uisum, uerum etiam efficit ut qui sic affectus est. putet se. per tenebras aut nebulam aut per fumum res ipsas intueri & c. Itidem ait Auic. ibi, ca. 9. Nam aut existit in tunicis, aut existit in humoribus, quæ existit in tunicis est ut sit super tunicam corneam uestigium oculum ualde, quod remansit a uariolis aut ophthalmia & c.

De signis suffusionis.

Signa præcedentia sunt, ut qui sic affectus est, ueluti quædam caliginosa uel paruos culices uel fumosa & nebulosa uideat

dere uideatur, aut circa lucernas circulos uel duplicatū lumen se intueri arbitretur, quæ imaginationes uariantur in quantitate, quia parue uel magna, in essentia ut crasse tenues occultæ, in situ ut rare dense nebulosæ, in figuris ut sunt granose muscosæ & capillares & c. Signa absolutæ suffusionis cognoscuntur ab artis perito & per longitudinem temporis raro. n. pertransit sex menses, similiter signa colorum per se manifesta inspicienti apparent. Signa ipsius obstructionis cognoscuntur in compressione oculi, nam si statim aperto oculo, uideatur, diuidi ac in partes seperari tunc est suffusio subtilis ualde, si uero nullo modo moueatur, sed in se remaneat erit crassa ac densa, nec per acum ambæ admitti poterunt, si uero dilatari sed non in partes diuidi uideatur, ea est quæ per acū curam recipit. Signa loci obstructionis cognoscuntur, si clauso altero oculo pupilla alterius aperti dilatetur uel constringatur indicat non esse obstructionem in uis spiritualibus per quas ab uno in alterum fit transitus & hoc præsertim quum maxima ac crassissima non fuerit suffusio, cognoscitur etiam esse inter pupillam & ceratoidem, si pupille uisio impediatur. Signa quando fit per cōsensum sunt, quia si a toto ad sunt febres ad quarum augmentum suffusiones augentur & ad earum recessum declinant, si a stomacho aucta stomachi mala dispositione, crescunt, & remota remouentur, uel si utroque æqualiter oculo apparitio fuerit, tunc cataracta erit ex cōsensu stomachi, si uero fuerit in uno tantum oculo uel in utroque; sed diuersimode, erit ex cerebro & c.

Loci contentientes de signis suffusionis.

Aeti. serm. 7. cap. 51. Precedentia signa sunt ueluti culices parui, caliginosa quædam oculis sepe obuersari uidentur, quidam piliformia uident, alij ut lanarum flamenta, aut aranearum texturas, aut circa lucernas circulos dum uero auge

tur affectio augetur & ipsa accidentia & c. Auic. tertia tertij. cap. 19. Signa portendentia aquam sunt imaginationes prædictæ & q̄ accidit cum eis conturbatio sensibilis & q̄ imaginantur res lumine sicut candellæ duplices. Et cap. 9. imaginationes diuersificantur in quantitate & sunt parue uel magna uel in sua essentia & sunt grosse subtilis & c. De signis obstructionis an sit curabilis loquitur Alex. ca. de aqua ibi, quâ passio fuerit confirmata & fuerit curabilis signum erit q̄ dum aspicitur oculus uel pupilla uidetur clara & cædi dilatationi cum præmitur digito aut instrumento deinde redit ad ipsum & non frangitur & c. Auic. tertia tertij. cap. 18. & illa quæ magis susceptibilis cura ex parte essentia est subtilis quæ cum eam conspexeris & super ipsam digitis tuis compressio nem feceris seperabitur uelociter, deinde redibit et aggregabitur. Gal. lib. de oculo. cap. 12. quando chattaracla sit curabilis, sic dignoscitur, si uno oculo clauso pupilla alterius dilatetur possibile est sanari, sin autem minime, Causa quia neruus concauus quo uisibilis spiritus ad pupillam ducitur, opilatus est & sic signa habes loci obstructionis, hoc idem habes ex Auic. loc. cit. ibi, Inter aquam & opilationem intrisecam distat & c. De signis per consensum loquitur Gal. 4. de loc. aff. cap. 2. ibi, distinguendum utrum a cerebro an a uentriculo hæc affectio proueniat, primum ex eo q̄ alter oculus uel uterq; similiter uis occupetur, nã si utriq; oculo hoc accidat affectus erit ex uentriculo, distinguendum etiam est ex tempore, nam si per plures dies uel menses suffusionis accidentia apparuerint & nihil tenebrosum in pupilla uideatur, tunc ab ore uentriculi affectus procedit, sed si perpetuo hæc apparitio perseuerauerit, nec aliqua suspitio sit ex uentriculo tunc per essentia morbum intelliges, maxime si una pupilla altera sit turbida or, id; magis ubi sumpto ex aloe medicamento nihil uaria

uerint & c. De cura suffusionum.

In cura suffusionis diuersæ sunt intentiones, quarū prima est q̄si a uentriculi imbecillitate proueniat, roboratione indi-
genus, si multitudine pituitæ in eo contenta, præparatione
et euacuatione, deinde oculi roboratione, ut ne quid suscipiat
& susceptum resoluatur ac exiccetur. At si suffusio a cerebro
uel uitio oculi peruenerit, confirmata, non nisi per manualē
operationem curam admittit, non confirmata adhuc pulu-
lans quinque medijs auferetur. § Regimine sex rerum non na-
turalium, humoris præparatione, euacuatione, reuulsione ac
deriuatione, exiccatione & resolutione. Victus ratio erit do-
nec morbus transferit attenuatoria, nam pisces & cibi crassī
nutrimenti & quæcunq; flatusos uapores pariunt & hume-
stant ac replent fugienda sunt uinum pariter & coitus et bal-
neum & aer humidus uitentur. Pro potu hydromel conuenit.
Humoris præparatio quoniam plerunq; ortum habet a pitui-
ta, idcirco cum oxymellite simplici & composito cum syrupo
de stechade rhodomelle et cum decoctis feniculi rutæ euphra-
giæ betunicæ stechados rosinarini & similibus perficietur.
Euacuatio primum per sectionem uenæ si corpus fuerit ple-
thoricum si minus cum phlegmagogis ut pillulis chochijs sine
quibus lucis Asaiareth. ꝛ. de agarico, cum electuarijs & sim-
plicibus ut pluries repetitum est. Reuulsio & deriuatio fient
cum clysteribus nascalibus masticatorijs narifusorijs cū cau-
terijs cucurbitulis extremarum partium frictionibus aut bal-
neis extremis partibus adhibitis & c. Resolutio suffusionis et
uaporum tam per intrinseca quam per extrinseca paratur
intrinsicca erunt electuaria inter quæ laudatur cōfectio humi-
ā a Mes. Item triphera myrobalani conditi & alia multa,
quæ a cæna comeduntur. Extrinseca multa sunt abstersoria q̄
suffusioni quadrant, qualis est aqua mellis stillata more chy-

mico, aqua feniculi ruta euphragie serapinum in uino gra-
natorum dissolutum, Puluis hirundinum, urina infantis &
colyrium de felibus Raxis, & alia multa que infra annota-
buntur.

Loci consentientes de cura suffusionum.

De cura percunsum uentriculi lege Arcul. Mar. Cati.
Gord. & ceteros practi- cantes habes insuper Galeni authori-
tatem de dolore capitis per consensum que ad hunc locum re-
duci potest. De operatione manuali quam quid agendum fo-
ret non expræsimus nunc autoritas Auic. tertia tertij, cap.
20. Satisfaciet que talis est, quum uoluntas adest ut fiat cura
cum instrumento permittitur habenti quam ut nutriatur pi-
scibus recentibus & cibis humectatiuis & administraretur ex
eis aliquid quod resstat nocumento aque & præcipiatur in-
firmo aspicere ad lachrymale domesticum & ad nasum &
conseruetur iuxta illam figuram, nec sit iuxta fenestram uel
in loco uehementis luminis & perforet artifex cum acu &
uadat inter duas tunicas usquequo sit coram foramine & de-
ponat cattaractam, nec deponere cesset usquequo oculus clari-
ficetur, cumq; curam cum instrumento operatus fuerit pone
super oculum uitellum oui conquassatum cum oleo uiolato &
dormiat super collū tribus diebus in tenebris &c. Vide eum
tu fusius. Et nota q. triplex est cura iuxta chyrurgos, Prima
fit cum acu ferrea uel plumbea incuruata, Secunda cum acu
acuminata incuruata que dum suffusioni super ponitur eam
in uacuum extrahit, Tertia cum cauterijs circa fronte super
oculum lesum ita q. abscindatur fluxus & exiccetur suffusio.
De his uberius legere poteris placentinum Arnaldum et Gui-
donem, lege etiam Paul. lib. 6. cap. 21. ubi de hac manuali ope-
ratione pertrahat uberrime, uide etiā alios practi- cantes &c.
De uicijus ratione loquitur Auic. tertia tertij, cap. 11. Et oportet

tet ut uitet pisces & cibos ingrossantes et uaporatiuos & po-
 tum plurimum aquæ & uini & frequentiam phlebotomiæ et
 uentosarum & c. & ca. 19. et caueat habens eam repletionem
 uinum & coitum et sit contentus comedere semel in meridi-
 et fugiat pisces & fructus & carnes grossas & c. Aet. ser. 7.
 cap. 51. Dieta omnis sit attenuatoria, a uino abstinendum est
 per totam curationem et ab omnibus replentibus caput & c.
 Razes 9. alman. itidem habet. ibi non comedit pisces nec om-
 nia que humectare possunt. sed æger ex calefactiuis & exicca-
 tiuis nutriendus est. hydromel propterea in potu exhibendū
 est & c. De humorum præparatione loca non adducam, quā
 iuxta Arcul. Gordo. Saiona. et Marcum Carina ualde pateant.
 De euacuatione Aet. ser. 7. cap. 51. inquit curandi sunt qui suf-
 fusione tentantur in principio sanguinis detractione ex cubi-
 to & c. Paul. li. 3. ca. de glau. suffusione tentatis succurremus san-
 guinis ex cubito detractione & purgatione euacuationibus
 acrioribus, Auic. loc. cit. oportet ut incipias & mundifices
 corpus & proprie stomachum deinde deuenias ad mundifi-
 candum caput. et scias q. hiera picra est mirabilis iuuamenti
 in eis & similiter pillule aureæ & medicamenta in quibus
 ponuntur centaurea & cucumer amarus & c. Razes simili-
 ter ait 9. alman. tribuens pillulas chochias & c. Mesu. cap. de
 aqua, quando est in principio & non est confirmata succur-
 ritur ei cum medicinis & cum mundificatione sæpius reite-
 rata & proprie cum chochis hiera picra & hiera colocyn-
 thidos & c. De reuulsione et deriuatione plura habes ex Aet.
 sermo. 7. cap. 51. ibi, & si nihil impedit etiam clysteribus acro-
 ribus & purgatione utemur deinde cucurbitula occipitio af-
 figenda est cum scarificatione & pituitam per os trahenti-
 bus naribus forijs & c. Auice. tertia tertij. cap. 2. Deinde mundi-
 ficandum est caput cum gargarismis & caput purgijs & ma-

sticationibus, et dicitur q̄ appositio sanguisugarum super tempora confert in initio sui & phlebotomia arteriarum post aurem & c. De resolutione loquitur Mesu. ca. cit. ibi. et succurritur cum administratione medicinarum resoluentium sicut est aqua ruta cum serapino aut aliquo ex fellibus animalium cum melle et succo feniculi & c. Auic. itidē adserit. ibi, Quae sunt ex siccitate conferunt quandoq; humectatiua nota, sed si sunt ab humiditate, conferunt eis omnia aleophol. i. colyria quae abstergunt. Vide Arcul. Gordo. & Marcum Catinarium & ceteros practiçantes & c.

Observationes in manuali cura.

Auic. tertia tertij, cap. 20. In regimine curae quae fit cum in instrumento oportet ut ante ipsam praecedat mundificatio corporis & capitis proprie, et fiat phlebotomia si necessaria fuerit, et obseruetur ne ille qui cum instrimento curandus est habeat in oculo rupturam et timeatur ut accidat in tunicis apertis, aut sit assuetus pati tussim, aut sit uehementis rixae uel uicis iracundiam haec mouent ad profundū uel reditum. Arcul. Ne primum te ad curandum intromittas nisi prius magistrū plures operari uideris.

Observationes de euacuatione.

Paul. lib. 3. cap. de glau. Si ueluti culices oculis obseruari uideantur ex quadam humorum prauitate, uel biliosioribus sursum distributis medicamentum dialoes amarum exhibeatur. Bi. i. quum sciuerit esse morbū ex bile utere picra, si minus alijs compositis, nam picra stomachum & caput una simul uice expurgat ac euacuat & c. Auic. loc. cit. Vomitus quantumuis conferat ex parte mundificationis, tamen est nocitius in proprietate aquae.

Observationes de resolutione.

Aet. ser. 7. cap. 51. Medicamentis utendum est primum simplicibus

plieibus uelut melle. succo feniculi, deinde cōpositis liquidis
 sicis collyrijs que paulo post describentur. Auic. tertia tertij,
 cap. 2. Et oportet ut incipias primo a medicinis lenitiuis si-
 cut feniculum cum melle. Deinde gradatim perueniatur ad
 medicinas compositas ex serapino &c. Et hæc non nisi post
 mondificationem corporis &c.

Suffusiones curantia ac perseverantia.

Curant suffusiones adeps piscis & uipere recens, oleum
 antiquum com melle, sel aquile cum melle, asa, aspaltum, ber-
 bena, ciclamini succus cum melle euphorbium, sarcacolla, se-
 gapiniū, myrrha, lac ficus, gumi oliuæ, oleum benedictū nic.
 mirabile, sief de felibus Haly. Sief rubeū Serapionis, Fel, ca-
 nis, capræ, quū rapaciū scorpionis marini, gallinæ tauri, te-
 studinis hyenæ, uulturis, aquilæ, succus feniculi, semen rapha-
 ni, ozimum, rosmarinus, & sal. Prohibent suffusiones fieri
 pillulæ sine quibus, pillulæ optomere Auic. Hiera archigenis,
 hiera magna, hiera andromachi mes. in cur. sod. frig. Caput
 purgiū Alex. eodem in loco lege insuper Varignana cap. 12.
 tra. 3. ubi tractat de descensu aquæ ad oculum. Vide etiam Ra-
 zem cap. de cataracta. Item Placentinum qui puluerem descri-
 bit, multum ab ipso commendatum &c. Vide fusus Monta-
 gnanam conf. 66. cap. 4. de remedijs conuenientibus diminu-
 tioni & corruptioni uisus &c.

De pronoliticis suffusionum.

Paul. loc. cit. Verum omnia glaucomata curationem non
 recipiunt, hypochymata uero curantur, sed nō omnia B. Intel-
 lige glaucomata non curari, quæ ex progressa suffusione fi-
 unt, humore iuxta pupillam uehementissime congelato ac re-
 siccato. Vnde Auic. de obstructione uisus, inquit, ex siccitate
 fit, ut oculus in se ipsum colligatur & corrugatur, & nomi-
 natur hæc egritudo glauconia, fit enim oculus propter eam

R

uarius multorum generum, & non est ei medicamen, & Aet. que glaucescunt incurabiles sunt & c. Auic. tertia tertij, cap. 18. Et illa que est magis susceptibilis cura, ex parte coloris est aerea & alba margaritalis & que ad uiriditatem parumper declinat. Genus autem gypseum et uiride & nigrum et plumbeum uehementis nigredinis & citrinum non recipiunt curam que fit cum acu & c. Gale. 14. meth. cap. ult. Hypochymia incipiens digeritur, ubi diu constitit non potest.

Arcul. 9. almans. cataractæ que totum oculum occupant sunt incurabiles. Item nimum crasse que non per compræssionem mouentur neque acu, neque medicamentis curantur. Itē cataractæ ex integra obstructione nerui optici facta curatio nem non admittunt, & quecumq; siue a percussione, aut post ægritudinem cerebri fiant difficulter sanantur.

Autho. dissentientes circa suffusiones.

- 1 Adferere, locum affectum in suffusione esse ambiguum.
- 2 Adferere, suffusiones fere omnes per chirurgiã posse curari.
- 3 Adferere, parorasis idest hallucinationem esse suffusionis spetiem.

Confutatio dissentientium circa suffusiones.

Ad primum haly abb. 9. theoricæ cap. 13, tenet q; locus suffusionis sit inter chrystaloidem & corneam, pro quo habes etiam rationes in descriptione superius ex diuersis authoribus recitatas.

Ad secundum Paul. lib. 3. cap. de glau. & Auic. ut supra dictum est in pronosticis, multa suffusionum genera, quibus non est dare remedium proculdubio recitauerunt, ex quibus concludi potest, non omnia fere, sed ualde pauca posse curari, sicuti etiam nobis experientia demonstrat & c.

Ad tertium respondet q; si parorasis esset speties suffusionis, sequeretur q; hyposphagmatici & icterici suffusiones pati di-

erentur quod à ratione alienum est, nam isti parorasi laborant ut testatur Gale. 4. de sympt. cau. ibi. si uero humores non multitudine sed colore peccauerint secundum eiusdem coloris naturam parorasis. i. hallucinatio suborietur, nam qui ite ro laborant, omnia quæ uident pallere arbitrantur. Qui uero hyposphagmate, omnia quæ aspiciunt rubra putant &c. sed hoc falsum, igitur &c.

De Aurium doloribus descriptione.

Dolor aurium græce ὠτᾶλγία dicitur, est tristis ac molesta auris sensatio a contraria re de repente ac uiolenter simul et uehemēter imprimēte facta, cuius species enumeratur quinq; ut dolor punctorius stimulās sensus grauis et pulsatilis &c.

Loci consentientes de dolorum aurium descriptione.

Plato in Timeo, Pathos præter naturam uiolenter ac affatim incidēs dolorem excitat Gale. 4. de sympt. cau. cap. 6. Hoc Plato uolebat quū diceret molestim sensationem in corporibus sensu præditis fieri si compositum ipsi pathema ex uiolento si mul & conferto acciderit &c. De speciebus dolorum lege Gale. 2. de loc. aff. & 3. cap. 7. ubi, mentionem facit de torpido ulcerofo stringente lacerante &c. de quibus cum de doloribus agemus in genere loquemur, lege etiam Auic. & Arcul. 9. almans.

De causis doloris Aurium.

Omnis dolor, aut per consensum aut primario affectu fieri solet, cuius causa est, aut mala intemperies, aut soluta continuitas, Mala intemperies aut fit à frigiditate, aut à caliditate aut ab utraq; & hæc cum materia uel sine materia esse potest, soluta uero continuitas fit aut à flatu extendente, aut ab humore corrodeute, siue putrefaciente, aut ab aliquo tumore abscessu uel inflammatione. Quæ uero per consensum fiunt, aut à toto, aut à parte oriuntur, à toto sicuti per consensum p

febres, a parte, ut a stomacho a matrice, qui uero per se ueniunt. i. a parte laesa uel erunt in auris cartilagine, aut in meatu aut in auditorio neruo & c.

Loci consentientes de causis dolorum auris.

Gale. 12. meth. cap. 7. doloris causa aut est diuisio uel alteratio & c. de omnium dolorum causa in genere loquens & c. ut supradictum est. Gal. lib. 3. de comp. med. per loc. cap. 1. Dolores aurium aliqui ex frigiditate a uentis inducta fiunt, aliqui ex balneis frigidis medicatisue, aliqui ex inflammatione interdum circa meatum cutis, interdum in profundum progressa, ubi auditorius neruus ad inflammatam affectionem peruenit, aliqui ex flatu uentoso transiunt non habente, aliqui ex humoribus saniosis & mordacibus dolorem excitantibus oriuntur. Auic. quarta tertij, cap. 6. Dolor auris aut fit a nalitia complexionis, aut fit causa apostematis aut bothor, aut causa solutionis continuitatis & c. uberius hunc locum legito & plura ad rem facientia inuenies: lege in super Alesan. lib. 1. cap. 24. ubi diffusus rem pertractat, uide & Arcul. sano, & Gord.

De signis dolorum auris.

Indicia continuo communia, ab aetate temperie anni temperore arte & uisitu praecedente sumuntur, item ex laborantis relatione. Signa si fiant a mala intemperie siue calida siue frigida cognoscuntur per ea quae in contrarium adhibentur. Signa particularia sunt, nam si a flatu fiant, tunc dolor erit tenuius non grauens, & sonus clarus auditur non confusus, si a caliditate praecesserunt calefacientia & a frigidis iuuantur, si a frigiditate grauitas & tumor una sentientur, & auditus impediatur, si a soluta continuitate ex eo cognoscitur & aliquid sanguinis uel puris effluit, si ab inflammatione tunc dolor erit continuus grauitas cum tumore & febre continua

aderit, quod si intensiora hęc symptomata fuerint, quam q̄
liceat, cum alienatione & frigiditate extremorum, tunc erit
inflammatio in intrinseca auris parte, cognoscitur apostema
esse sanguineum uel biliosum quum intensius se habeat dolor
in bile & sanguine, mitius in pituita & melancholia & c.

Loci consentientes de lignis dolorum auris.

Paul. lib. 3. cap. 23. Aurium dolor qui a frigiditate fit, ex an
ni tempore, ex uictu præcedente & ex laborantis temperie
cognoscitur, at qui ex calida intēperie provenit ob id cogno
scitur q̄ feruoris cuiusdam sine grauitate seu tensione sensus
aderit, qui uero ex glutinosi crassisq; succis fit ex capitis au
ditusq; grauitate & uictus præcedentis ratione deprehendi
tur & c. Auic. quarta tertij, cap. de taraxen. Si fuerit apostema
calidum in ipso neruo significat febres cum quibus est horri
pilatio & tremor & concomitatur ipsum permixtio intel
lectus alienatio & c. Si uero non sit in neruo tunc aderunt ex
tensio dolor grauitas & pulsus. si causa erit uentositas signifi
cant ipsam sonitus & tinnitus, nec aderit grauitas, si ulcus et
bothor significat pruritus cum dolore & sanie, si ab humore
frigido leditur a frigidis & fit fortior in frigidioribus par
tibus diei, si est a calido est a contrario & c. Vide de his Ar
cul. longe alijs melius rem pertractantem, Vide etiam Auicē.
quarta tertij, tract. 1. cap. 25. de signis apostematum in radice
auris.

De cura doloris aurium.

Omnis curatio per eius cause ablationem perficitur, &
si quid male complexionis impressum fuerit, ac derelictum,
cum suis contrarijs tam intrinsecis quam extrinsecis remoue
bitur uerum si humorum fluxus ad aurem timeatur cum re
uellentibus et euacuantibus auferendus erit, accidentia remou
enda & uictus ratio instituenda erit & c.

R 3

Dolor uero ex inflammatione uel erit creticus uel non creticus. Creticus duabus intentionibus curabitur, Prima crīsim adiuuando, Secunda symptomata remouēdo & uictum ordinando. Crīsis quadrisariam adiuuatur, Primo multitudinē humorum euacuando, ut uirtus in reliquum potentius exonerata agere conetur, Secundo uirtutem roborando cū his quæ sanguinem & spiritum cumulant, & hoc fiat ante crīsim, ne in crīsi natura impediatur, Tertio meatus preparando & si persuitates auris abstergendo ante crīsim, Quarto uirtutem stimulando si natura ad crīsim tardauerit, uel si moram natura in crīsi contraxerit in expellendo. Remotio symptomatum fit quotiens dolor modum excedens non frigidis & repellentibus, sed rebus mollientibus & anodinis demulceatur, nam frigidis et repellentibus interdum crīsis impeditur. Dolor ex inflammatione non creticus. septē exigit intentiones quæ sunt euacuatio, Reuulsio, Repercussio per se, et resolutioni mixta, Resolutio pura, ablatio symptomatum et sex rerum non naturalium institutio, Euacuatio fiet per sectionem uenæ si sanguis peccauerit, uel per cholagoga, si bilis, ut cum rheubarbaro caesia, manna, electuario de succo rosarum diaprūni solu. cū pillulis aureis & c. uel per phlegmagoga, si pituita, ut cum pillulis chochijis turbit, agarico & c. uel cum pillulis indis de lapide lazuli confessione hamech, si fuerit atrabilis. Reuulsio fiet cucurbitulis frictionibus & c. Repercussio in materia calida perficitur, cum oleo ros. et quarta parte aceti per decoctionē resoluti, uel in materia frigida cum oleo amigdalorum amararum uel camomillino & c. Repercussio resolutioni mixta fiet si subscriptis addatur mucilago. s. citoniorum. s. lini fenugreci & c. Resolutio fiet per resoluentia & mollientia, quale est diachilon minus, uel emplastrum ex farina hordei cocta sū oleo camomillino. Resoluit etiam ac maturat apostema =

ta auris emplastrum ex farina fabarum cum oleo liliorum alborum et est expertum uiclus ratio sit tenuis infrigidans in causa calida, uel e contrario infrigida, uinum carnes et oua uidentur, quanquam uinum in causa frigida absente apostemate conueniat, aer sit calidus potiusquam frigidus, nam frigidum inimicum neruosis partibus est. Symptomata remouentur, si fuerint uigiliae per ea quae somnum conciliant, si syncopis uel surditas per ea quae de syncopi ac surditate dicentur, dolor interim cum anodinis uel narcoticis, de quibus plura ex Auic. et Aet. & iuxta neotericos praeficientes habentur.

Loci consentientes de cura doloris aurium.

Quod omnis cura per eius causae ablationem fiat habetur non solum ex paulo sed ex Gale. 3. de compo. med. per loc. cap. 1. ibi, Dolores a frigiditate oborti, calefacientibus quam celerrime curantur, et dolor ab aqua medicata circa meatum auditorium contenta, oleo assidue infuso curatur & c. Paul. lib. 3. cap. 23. Dolor aurium a frigiditate calefacientibus curabitur praesidijs, ut oleo rutaceo laurino, at ex calida conceptum intemperie, contraria discutunt, ut oui albumen, in aurem demissum, lac muliebre, oleum rosaceum, oleum lumbricorum & asellorum quos graeci οὖον κατὰ τὸ σῆμα uocant, Quod si a crasis ac glutinosis succis fiat, uel a statu exitum non habente cum medicamentis curabitur, quae aurium incidunt ut aphronitrum cum aceto & melle, uel fel ouillum cum oleo amygdalino & c. Aet. ser. 6. a cap. 73. usque ad caput. 76. inclusiuè de his uberrime pertractat, ubi habes quae omnia amara citra modicam ac molestiam meatus auris purgant & extergent, ac crassos humores impactos secant & c. Auic. quarta tertij, cap. 8 si autem est causa caliditas superflua oportet ut infrigides cerebrum cum extinguentibus cognitis & destilles in aurem oleum rosaceum tepidum aut albumen oui, & si est dolor

uehemens permisce cum eo camphoram & c. lege eum suffus,
 lege in super Mesu. ibi. summa sexta cap. de cur. Aurium. si do-
 lor fiat a complexione sue materia solum alteratione indiget
 ut si calida, iuuatur ex infusione albuminis oui recentis aut
 mucillagine psyllij. si fiat a complexione frigida conferunt in-
 fusiones calide & c. De dolore ex inflammatione cretico &
 non cretico loquitur Nicolus ibi accidunt hec apostemata ui-
 symptomatis stimulata natura, & quandoque accidunt uin-
 cente natura, et fit sepe secundum semitam crisis et maxime
 in febribus & apostematibus cerebri. Vide Razē. 3 continen-
 tis ex autoritate Gale. de hac re loquentem. Vide etiā in hoc
 Arcul. 9. almans. qui & si quinque modos in adiuuanda crisi
 declarat, nihilominus ad quatuor reducuntur ut dictum est,
 Lege etiā aphorismo. 10. primi lib. ibi. Que iudicantur &
 iudicata sunt integre, neque mouere & c. amplius Galen. in
 comen. dicentem ubi deficit natura adiuuandum ne recti-
 uas materia relictā faciat & c.

De dolore ex inflammatione nō cretico uerba faciunt om-
 nes moderni ex quibus primum elicere poteris omnes a me
 distas curandi intentiones, quos etiā breuiter habet Auice.
 quarta tereij. cap. 8. ibi. Et si causa fuerit apostema calidū pro-
 fundum, quod est timorosum propter propinquitatem sui ad
 cerebrum usq; quo ad collectionem perueniat & suppuratio-
 nem, tunc post phlebotomiam et euacuationem oportet ut ad
 ministres lenitiua in primis & in frigidantia & proprie luo
 mulieris uice post uicem, usq; ad diem tertium & similiter
 oleum rosaceum decoctū cum aceto deinde mucilaginem fe-
 nigræei sem. lini in aqua lactis & c. Paul. loc. cit. Si ex inflam-
 matione auris laborauerit, statim sanguis mittendus est dein-
 de focus ex oleo dulci & calente per specillū in lana inuolu-
 tum adhibeatur extrinsecus etiā que dolor em leniunt, ma-

teriamq; impactam concoquunt super acomodare &c. Lege Gale. 3. de compos. med. per loc. cap. 1. ibi dolor uero ab inflā matione ortus &c. Pro resolutione abscessus Gal. 12. meth. tap. 8. ad dolorem aurium ex humore frigido uel flatu, m edī tamento utitur, Quod ex castoreo & papaueris succo confi citur &c. Mesu. Expertum est diachylō in oleo anethino dis solutum et ex eis quæ sunt ultimi iuuamenti est æspī cera tum. docet etiam cataplasma confici ad hoc idoneum ex fari na fabarum camomilla uiolis &c. De uictus ratione et de sex rebus non naturalibus legantur Arcul. & Matheis de grado fusus Auic. loc. cit. & habens dolorem frigidum potet uinū purum forte et dormit et cum excitatur non habet lesionem aliquam, &c. Quod aer frigidus sit neruis inimicus habes aph. 18. tertij, libi ibi, frigidū inimicū ossibus dentibus neruis.

De symptomatum ablatione legatur Auic. ibi, Et quandoq; necessariū est in curationibus dolorum uehementium in aure administrare narcotica sicut aliquid ex philonio cum lacte, uel opium & castoreum & trocus cum lacte mulieris &c. Act. ser. 6 ta. 80. Vbi uero magnus est dolor necesse est stupefa cientibus sensum uti, ita ut ad lac muliebre et oui candidū mo dicū opij amiscemus, Amiscendū est & castoreum ad uehe mēiores dolores pari mensura, ad leuiores dupla proportio ne &c.

Observatio de diuersione.

Hic ad memoriā reuocandum quod in quarta, primi di xerat Auic. Quod si ad diuersū trahere uolueris, materiam, primum dolorem mitigabis ac demulces, quo sedato ad curā te conferas &c.

Observationes de repercussione.

Arcul. 9. almans. Antequam fiat repercussio obseruentur hæc non sit materia cretice expulsa, non sit uenenoſa, non sit furiosa, non plurima, non inmediate a cerebro expulsa, non

ualde tenax et crassas non paulati ne cōgesta, non fluxam ad partem extrinsecam auris.

Observationes de topicis.

Tusignanus septem conditiones obseruandas esse inquit in his quæ in aurem proijciuntur prima, q̄ inijcitur non sit calidum nec frigidum sed tepidum, & hoc etiam inuit Auic. cap. 8 Secunda, q̄ sit in parua quantitate, et hoc habetur ex Auenzoar primo lib. Theisr. tra. 41. ca. 1 Tertia, q̄ stet in aure pauco tempore. Quarta, q̄ antequam aliud proijciatur, primum sit expulsus Quinta, q̄ cum aliquid inijcitur in aurē patiens iaciat super latere sano. Sexta, q̄ locus sit cum auriscalpio mondificatus propter tortuositatem auris. Settima, q̄ non ad ministrantur repercussiuā in apostematibus auris, & c. Gal. 5. meth. cap. 10. contra Thessali sectatores dixit aurē esse partem sicciſsimam, idcirco quæ ualentissime exiccent opus esse, ut castoreum, uerum hic in dolore anodinis, illic in ulcere siccantibus fortius uti persuadet, uide tu illum fusius.

Observationes in narcoticis.

Auic. quarta tertij. cap. 8. oportet ut postponantur narcotica usq; quo timeatur syncopis & proprie cum fuerint humores frigidi, nocent enim eis ualde, & post eorum usum admistrata castorium.

Auditui nocentia.

Fumus argenti uiui, semen arundinis, lanugo & flos Typhae, folia castaneæ, puluis platani, & puluis inuentus super eius folijs.

Dolori ac pulsationem Aurium curantia.

Dolori ac pulsationi aurium inuat, uapor decoctionis abſinthij, Aqua decoctionis acetosæ, succus acori cum rosa, oleū in radice aphodilli coctum, Allium cum adipe anseris, succus cucumeris asinini, succus cucurbitæ cum oleo rosato, in calido

dolore, crocus cum oleo rosaceo, succus dragonculi, hederæ,
 cannabis, Gallia cum oleo debeen uel de cheiri, Galbanum cū
 oleo liliorum, grana granatorū cum melle, succus hyosciami,
 lactuce asini, laudanum cum oleo ros. Succus maioranæ, mellē
 loti, mentæ, paritariæ, peucedani, polygōni, foliorum populi,
 porri, plantaginis, prassij, rosarum, rubi, rutæ, salicis, serpen-
 tariæ, Solatri, Adeps anseris, leonis, uulpis, Fel arietis, apri,
 bubali, Tauri, suis, Oleum liliorum, Amygdalarum amararū,
 scorpionum, de uirellis ouorum, de s. cannabis, oleum benedi-
 ctum nic. de cherua, sisaminum, de nucleis persicorum, lauri-
 num, de s. raphani, de anetho, de crisomilis, de been, urinum,
 nardinum, Vrina, apri, bubali, tauri, capræ oleum de cinna-
 momo petroleum in frigido et antiquo pillulæ sine quibus, hie-
 ralogodion esdra, confectio Nicol. opium cum myrrha croco
 & oleo ros.

De pronosticis dolorum Aurium.

Hip. pronost. 3. tex. 15. Aurium dolor acutus cum febre con-
 tinua ac uehementi difficilis est, Periculum enim delirij aboli-
 tionisq; imminet, Quia igitur fallax hic locus est, cito etiam
 aduertere oīa alia indicia a primo die necesse est &c. Auice.
 quarta tertij, ca. 6. Et peruersior dolor auris est ille, qui est ex
 apostemate calido profundo et proprie cū perducit ad comix-
 tionem intellectus, ubi uero dolor est in cartilaginibus extrin-
 secis, nō est illic uehmens dolor, nec uehmens timor, sed pri-
 mus interdum subito interficit, ueluti apoplexia, interficit,
 tamen magis adolēscētes quā senes, sed ratio est, quia in seni-
 bus ignauior sensus nec humores sunt ad alienationem prom-
 pti sicuti in iuuenibus.

Authores dissentientes circa dolores Aurium.

Adserere, in omni dolore auris esse in primis repercutien-
 dum

- 2 Adferere, dolorem Auris non esse periculofum:
 3 Adferere, in dolore Auris non esse secandam uenam:
 Confutatio dissentientium circa dolores Aurium.

Ad primum Auic. quarta tertij, cap. 25. Si apostema fiat per uiam crisis oportet ut non intendas ad curam quatenus exigitur ad curam, apostematum, adhibendo styptica & apostyptica. i. repercussua in principio. Item repercussio fit ad membrum principale, igitur in omni dolore non est perpetranda.

Ad secundum, Gal. 3. pronost. comm. 15. quod si dolor fuerit in cartilaginibus aut in summa auris parte, non est periculū mortis, At si in profundo ex auditorio meatu, doloris sensus affligat ut etiam neruus auditorius afficiatur, periculum imminet, ne in consensum per ducto cerebro, mors repente sequatur,

Ad tertium, respondent Auic. & Mes. q. in omni dolore a sanguine fieri debeat sectio uenae, In alijs doloribus reuulsua imperant neotericis.

Descriptio ulceris Aurium.

Ulcus græcis ἔλκx dictum nil aliud est quam continuitatis solutio cum sanie, Quod interdum extrinsece, interdum intrinsece accidit, Si intrinsece, uel erit in meatu uel in neruo auditorio, aut circa os petrosum uocatum, Præterea uel erit ulcus mundum, sordidum uirulentum uel corrodens cum dolore, cum mala intemperie & cum inflammatione uel alio tumore &c.

Loci consentientes de descriptione ulceris Aurium.

Gal. 2. meth. ca. 1. Vnitatis nãq. solutio, in ossè fractura dicitur, in carnosa parte ulcus, Auic. quarta tertij, ca. 12. Amplius non possunt esse ulcera quin sint apparentia sensui, aut sint profunda & non profunda propinqui temporis uel cronici

ca & c. Lege Arcul. & plures ulcerum differētiās intelliges, Gale. 3. meth. ca. 4. memorat ulcus cauum & equabile recens & inueteratum, sordidum purum, liberum phlegmone, & phlegmone impeditum, Similiter de intemperie intelligendum, lege in hac re Placentinum, De ueris ulcerum differentijs, lege Gal. 2. meth. cap. 1.

De causis ulcerum Auris.

Causæ ulcerum sunt uel humores corrodentes uel aliquis abscessus, uel casus percussio, & res quæ putrefacere uel corrodere possunt.

Loci consentientes de causis ulcerum Auris.

Arcul. 9. almans. Causæ ulcerum sunt apostemata uel borchor cum rumpuntur nec non humores acuti, Item cerumen aurium & uermes, aut res ibidem natæ corrodentes ac putrefaciētes, similiter casus & percussio, Gale. 4. meth. cap. 1. Est. n. horum duplex ortus alius ab excisione saepe ab erosione, quo pacto fiat excisio patet, erosio uero si intrinsecus ab ipso animali prouenit uitiosi succi soboles est, sin extrinsecus aut à ualentibus medicamentis aut ab igne.

De signis ulcerum Auris.

Signa ulcerum auris manifesta sient, si pus ex aure defluat nulla in cerebro præterita læsione. Si fiat ab apostemate statim ex uomica multa puris copia exiet deinde paulatiue & in pauca quantitate, E contra uero si ab humoribus corrodentibus paulatim in primis egredietur deinde magis abundabit. Signa ulcerum mundorum ab optima & concocta sanie cognoscuntur. Sordidorum ex crassitie ac multitudine excuntis saniei. Virulentia ulcera ex fetore & purrida sanie subtili exeuante nobis innotescunt, Corrodentia si post saniem sanguis efluxerit, Fistulosa si longo tempore contracta si uirulenta sanie, si ex callosa ac indurata carne consistant & c.

Loci consentientes de signis ulcerum Auris.

Razes 9. almans. hoc tantum signum posuit .s. quum pus ab aure egreditur, De his signis fusius pertractat Arcul. & Auic. Similiter ceteri praticantes.

De cura ulcerum Aurium.

In omni ulcerum cura quinque opus sunt medicamina, Abstergentia .s. corrodentia carnem generantia, consolidantia ac ad cicatricem inducentia. Abstergentia idcirco opus sunt, ut sanies crassa glutinosaque membro adherens, ammo ueatur, qualia sunt tenuia ac calida circa secundum gradum sicut mel & c. Corrodentia ut super crescentia carnis minuatur, & sunt calida et sicca in quarto .ut flos æris alumen & c. carnem generantia .ut sanguis ulceri superueniens in carnem transmutetur, quod fieri nequit, nisi complexio temperetur & sanguis coaguletur, & sunt sicca in primo & temperata in adiuuis, stypticitatis et abstersionis pauca .ut thus. Nec opus esset medicamentis in gignenda carne, quum ad naturam tantum pertineat, ni in generatione carnis excrementum tenuius ac crassius interdum efficeretur, ad quod id tandem opus est quod redundantiam absorbat et sanguinem coagulet, quale est medicamen siccans & abstergens. Consolidantia .ut humiditas inter utraque; ulceris superficies propinquas contenta, ita conglutinetur, ut altera superficiem ulceris alteri adhereat, & sunt sicca in secundo, cum proportione actiuorum ad membrum ut aloes sanguis draconis & c. Cicatricem inducentia sunt que absque mordacitate tantum superficiem exiccant, ut cortex pini & c. Sed de his uberius dicemus in libro de chyrurgia. Cura simplicis ulceris in corpore purgato indiget tantum abstersione & consolidatione, si uero ulcus fuerit compositum puta cum inflammatione, uel mala temperie, aut dolore uehementi, tunc primum erit inflammationi ac reliquis

uacandum non neglecto interim ipso ulcere &c. Cura ulcerū
 auris malignorum præsertim corrodentium quinque medijs
 perficitur precedit tamen euacuatio ac reuulsio ad hæc quæ
 dicenda sunt. Primo, Si quid est putridum uel corrosum uel
 induratum auferatur. Secundo, Quod remanet optime mun-
 dificetur. Tertio, substantia iam deperdita regeneretur. Quar-
 to, regenerata substantia ad cicatricem inducatur. Quinto,
 accidentia corrigantur et ratio uictus instituat &c. Primo,
 putridum auferemus cum unguento ægyptiaco cum modico
 aceti uel uini dissoluto, uel si pars ueluti sensus expers sit, ac-
 cipiantur uiridis æris aluminis & mellis partes æquales &
 cum modico aceti fiat collyrium. Secundo, mundificatio fiet
 cum hydromelle uel rhodomelle, aut anomelle aut oximelle
 simp uel scillitico si materia ægrediens fuerit ualde tenax. Ter-
 tio, substantia regeneratur cum his quæ mediocrē cum pauca
 mordacitate exiccationem, obtinent qualis est aloes Mirrha
 Sarcocolla Sandaraca cum melle & uino dissoluta. Quarto,
 ad cicatricem perducunt, olibanum, sief memite, sarcocolla
 &c. Quinto, accidentia corriguntur, ut si sit dolor cum præ-
 dictis in capite præcedenti, Si surditas cum his quæ de surdi-
 tate dicentur, Ciborum quantitas sit modica in principio do-
 nec ad substantiam regenerandam deuenimus, tunc sit locu-
 pletior, sed boni succi & facilis concoctionis &c.

Loci contentientes de cura ulcerum Aurium.

Gal 3. meth. cap. 8. fieri non potest ut in ulcere, uel carnis
 productio, uel sinus impletio, uel agglutinatio, uel cicatricis
 inductio, recte unquam cedat, nisi subiecta caro pro naturali
 modo se habeat, Verum purgari sordida, minuiq; super cre-
 scentia, etiam carne statum non seruante, possunt &c. Ex qui-
 bus uerbis quinque dicta à me medicamenta ad ulcus sanandū
 opus esse cognosces. De abstergentibus quæ græcis ΠΥΤΤΙΧΑ

appellantur loquitur Gal. 5. de fac. simpl. cap. 2. ubi inquit omnia nitrosa & amara ad expurgandos meatus intro ualere, at cutis & ulcerum sordes non hæc tantum, sed & uiribus minora auferre possunt, qualia sunt dulcia quæ tenuium sunt partium ut mel & ex cerealibus eruum faba lupini hordeū & c. Et cap. 14. de causticis seu urentibus loquens uehementer esse callida & carnis colliquantia ut arsenicum auri pigmentum sandaraca & chrysocola & c. Et cap. 15. eiusdem lib. loquens de his quæ uim ἐπιουλοτικὴν habent. i. cicatricem inducendi, esse desiccantia absque mordacitate dixit & c. De generantibus carnem lege Gal. 3. meth. cap. 3. ubi adiunguem, quæ a me dicta sunt recitantur & plura ad hoc munus idonea etiā enumerantur De glutinatorijs etiā uerba facit cap. 5. eiusdem quo pacto ab ijs quæ cicatricem inducunt, differant aperte declarat, uide illum fusius. De cura simplicis ulcers lege Gal. 3. meth. cap. 4. De ulcere composito lege etiā similiter Gale. 4. meth. cap. 5. ibi uerum ulcers quod cum alio affectu coniunctum est & c. lege tu hunc locū uberius et inuenies quæ sanari nō possit ulcus, nisi locus in quo cōsistit prius sit sanatus & c.

Breuis Galeni ulcerum curatio quæ quinto meth. cap. primo continetur.

Omne ulcus siccantia medicamina requirit, ulcus finum habens non solum modice siccantia sed abstersoria ex postulat, quod uero coniungi labra petit ueluti cruentum, magis siccantia tum quæ sine abstersione leuiter adstringunt, desiderat quod uero ad cicatricem perducitur debet, non solum magis adhuc siccantibus sed strenue adstringentibus remedijs indiget, at si caro præter naturæ modum intumuerit acris et demollicia quæ calida et sicca sunt adhibeantur, si uero ulcers aliquod symptoma adiunctū sit. primo id remoueatur, deinde ulcus sanetur, si sordes inascantur tollendæ sunt, ijs quæ maiorem

rem

rem adstringendi uim habeant, quàm quæ carne implent, si copiosa humiditas adsit, siccantibus medicamentis, quæ propriam speciem nõ egrediantur, curandum, agglutinatoria sunt igitur medicamenta siccantia & adstringentia, carnem generantia siccantia & abstergentia & sic de reliquis, si uero si biecta caro intemperata sit, primum eius intemperantiæ succurrendu utiq; quæ siccior iusto est, humectantibus, quæ humidior siccantibus, quæ calidior, refrigerantibus, quæ fridior, calefacientibus, quæ geminata qualitate intemperata per geminam qualitatem contrariam curetur, considera insuper intemperantiæ causas num a toto uel a parte per consensum, membrum ulceratum infestent. Primum enim causæ quæ ad huc intemperantiam fouet, medendum, post hanc ipsi quæ facta est intemperantiæ, sumitur etiam indicatio a particula, lesa, quæ si siccior fuerit ea magis siccari exposulat, quæ minus talis est, ea minus siccanda, simile etiam erit de calefaciendo refrigerando; præceptum, sumitur etiam a præcellentia membri aut a contrario statu, Itemq; ex sensu acri hebetæ ue quum hæc diuersum medendi modum petant & reliqua.

De mundificatibus ac abstergentibus ulcera aurium, succus absinthij cum melle aphodili etiam cū melle et thure, succus omphacij cum melle, arugo ferri cū aceto decocta, fel thauri cum lacte capre, licium antiquis ulceribus mel cum sale gemeo tepidū, myrri decoctum, myrrh. i. cum memite castoreo & opio, succus foliorum nuccum, & suc. oliuæ agrestis, uirgæ pastoris, urina pueri cum cortice granatorum, oleum amygd. mararum rhodomel cum matrisylua et betonica oleum mirtinum, therebintina &c.

De sonitu aurium.

Sonitus aurium, nil aliud est, si describatur, quam auditus

corruptio, in qua uidetur homini audire id quod certe non audit, hos græci uocant $\eta\chi\omicron\upsilon\varsigma\ \alpha\alpha\iota\ \sigma\upsilon\pi\iota\sigma\mu\omicron\upsilon\varsigma$.

Loci consentientes de sonitu aurium.

Auicē. quarta tertij, tra. 1. Hęc dispositio est uox quam homo incessanter audit exterius. Et eius comparatio ad auditū, est imaginationum & tenebrarum, quas uidet homo comparatio & c. B. i. uocem quandam homo audit ac si exterius audiret, & talem habet comparationem sonitus ad aures, qualem imaginatio ad oculos & c. Vide etiam hanc met sententiam in Auicē. cap. de nocimentis auditus.

De causis sonitus ac tinnitus aurium.

Omnis causa sonitus & tinnitus uel est occulta uel manifesta, occulta aut fiet a sensus audiendi imbecillitate, aut ab eius subtilitate, imbecillitas fiet a mala quapiam complexione. Manifesta nouem modis fiet, Primo ex aere extrinseco intrinsecum mouente, Secundo ex sanie sonitum in aure efficiēte, Tertio ex motu ab ebullitione humorum excitato, ut in febribus, Quarto repletionē superflua, Quinto humorum agitatione & uapore, Sexto casu uel percussione, Septimo ex humorum magna inundatione, Octauo ex fame humores commouente & aerem, Nono ex medicinis soluentibus que mouent & non educunt & c.

Loci consentientes de causis sonitus ac tinnitus aurium.

Gale. 3. de comp. med. per loc. cap. 1. Sonitus quidam ex flatuso spiritu generantur, quidam ob exquisitam sensus audiendi subtilitatem, quorum neutrius affectionis certa cognitio in principio haberi potest.

Auicē. quarta tertij, cap. 9. et inundatio aeris que est causa uocis, aut est occulta, aut est maior illa, occulta quum interdum sonitus auditur, interdum uero minime & tunc id est, aut propter acuitatem sensus, aut propter debilitatem & c.

Lege usque ad illum locum inclusive & quandoque accidit sonitus post medicinas quarum proprietas est ut retirent humores & ventositates in partibus cerebri &c.

De signis sonitus ac tinnitus aurium.

Dabis operam ut in primis cognoscas qui fiant per se & qui per consensum. per se enim fiunt quicumque sunt continui & assidui, per consensum uero qui sunt intermittentes, qui dispositione crescente augentur & desinente minuuntur. Signa ab acuitate sensus, sunt, quia a mediocribus sonis leditur, nec excellentes tollerare potest, nullusq; adest flatuosus spiritus nec uapor. crassus nec repletio. Signa ab humore cum flatu. grauitas in aure percipitur imbecillisq; adest auditus, si uero ex flatu tantum, sonitus est clarior. nec ulla adest in aure grauitas, si ab humoribus crassis fiant, paulatine crescunt, si a siccitate. fiunt post euacuationes & febres. Signa apostematis suppurati, sunt, qui a dolor precesbit sonitusq; confusus & sanies apparet. Signa debilitatis sunt superfluitates, si a complexione calida fit statim cum inflatione, si a frigida econuerso, cognoscuntur etiam ex pregressa dieta, a uomitu & a progressu pharmaco &c.

Loci contentientes de signis sonitus & tinnitus aurium.

Auic. quarta tertij. cap. 10. In illo qui est continuus et assiduus causa est aliquid stas in ipso cerebro, si autem quiescit de inde excitatur post euacuationem, aut uacuitatem aut quum calor fit uel frigus fit fortis tunc est per communitatem, illum qui est per acuitatem sensus significat defectus causarum uentositatis & repletionis & mundificationis auditus & excitatio eius apud ieiunium & uacuitatem. Paul. lib. 3. cap. 27. sonitus qui fiunt a crasis glutinosissq; humoribus cognoscuntur q. non uniuersim sed paulatim crescunt ac nascuntur. Gale. 3. de comp. med. per loc. cap. 1. Incognitionem peruenimus nouatq;

tum ex procatartlicis causis, sed ex temperie ex diæta prægressa, ut a longo uini potu, a uiolento & multo uomitu, aut a prægressa plaga, aut ex auricularium pharmacorum usu & similibus, quin etiam si sonitus aut per interualla redit, aut perpetuo permanet, aut ex eo q̄ paulatim aut acruatim fit sonitus, uerum exacta & certa cognitio habetur, ut si quis ex flatuoso spiritu exitum non habente, sonitum fieri putet, & seccantia uel attenuantia adhibuerit, ad motisq; apophlegmatismis nihil pro fecerit, tunc certo cognoscet ex auditu subtilitate sonitum fieri, præsertim si acuto audiendi sensu æger præditus appareat. Auc. loc. cit. factus a seccitate est post euacuationes & febres & factum a debilitate seies per superfluitates & quando est a complexionem calida fit subito et cū inflatione, & frigida est e contrario &c. Vide de his latius Arcul. & reliquos practicantes & inuenies quæcunque a me dicta sunt.

De cura sonitus & tinnitus aurium.

Quum curatio fiat per causæ efficientis morbum ablatio nem, tunc si a percussione, uento, ebrietate & a ceteris procatartlicis causis fiat, causæ primitiue per sua contraria remoueantur, & roboretur auris & cerebrum, si morbus hic generetur ex quadam crisi uel febre, primum discutienda erit febris & crisis non prohibeatur præsertim si ex se natura præualeat, si minus, iuuetur, si uero ab aliquo particulari mēbro per consensum oriretur primum id quod transmittit mēbrum euacuabitur, & ad aliam regionem materia diuertetur, & eius membri lapsa temperies per contraria permutabitur, Deinde membrum recipiens roborabitur ut puta cerebro cum oleo mirteo & auris cum oleo amygdalino amaro &c. In cura uero per se ex repletionem capitis ab humoribus crassis quatuor curandi erunt intentiones. s. euacuatio, Reuul-

sio ac deriuatio, humorum preparatio ac eorum extirpatio, cerebri & auris roboratio & regiminis institutio. Euacuatio fiet per ea quæ humorem superfluum euacuant qualis est hiera colocynthidos pillsule fetide chochie &c.

Reuulsio similiter fiet cum clysterijs frictionibus et hemorrhoidarum ac menstruorum euacuatione.

Deriuatio post omnimodam euacuationem cū caput purgij masticatorijs gargarsimatibus &c.

Preparatio humorum præsertim pituitosorum fiet cum syropo de stechade de calamento, oxymelle simp. & composito & cum reliquis quæ supra memorata sunt, & cum decoctis saluie rosmarini uiolarum betonice, maiorana, rute, origani &c. Humorum extirpatio perficitur cum pharmacis in euacuatione nuper relatis &c.

Roboratio cerebri et auris fiet remouendo eorum discrasiam, cū sacculis ex milio sale et furfure, asperso poteti uinotore factis, aut cum fomentis ex camomilla meliloto calamento origano stechade absinthio, aut cum pulueribus capiti adhibitis ut puta cum speciebus pleris arcoticon nic. & diamuscul. aut cum his quæ in aurem infunduntur, quale est oleum amygdalarū amararum cum musco et nuce moschata, aut oleum de uitellis ouorum, aut castoreum in oleo ros. dissolutum.

Victus ratio sit calida & sicca, pluuie uenti ebrietates & fatietas nauseatua & uomitus uitanda sunt. Item mora sub radijs lune & solis &c.

Loci consentientes de cura sonitus & tinnitus aurium.

Aut. quarta tertij, cap. 2. Sonitus creticus non oportet ut moueatur quoniam remouetur cum remotione febris, In eo uero qui fit ob cōmunitatem, oportet ut intentio sit membri facientis ipsum & proprie stomachi quare mundificetur & intendatur cerebro, & confortentur auris & cerebrum cum

oleo mirrino, auris uero cum oleo amygdalino &c. Itidem ait Mes. cap. de sonitu.

Paul. lib. 3. cap. πρεπι ρχ ωρ, si in febris aut harū crisi bus sonitus aurium euenierint, nullum eis negotiū facessere oportet, quippe magna ex parte statim finiuntur, Sin autem post morbū perseuerauerint absinthij decocto foueri aures debent & acetum ros. infundi &c. De cura per se ex repletionē q̄ tot sint intentiones quot diximus lege Arcul. & alios hac de re loquentes.

Auice. loc. cit. Et similiter factum a repletionē, oportet, ut mundificetur corpus & caput cum eo quod scis et subtilietur regimen &c. Mes. cap. de sonitu, quando fit per abundantia & repletionem in capite, cura eius est solutio & euacuatio cum hiera diacoloquinthidos & chochis & similibus cum reiteratione & reiteratione &c. B. intelligitur de materie minoratione ac eradicatione per hoc uerbu reiteratione duplicatum.

De preparatione humorum & alijs intentionibus loquitur ibi, Aet. ser. 6. si adhuc remanet ampliori tempore omnibus amaris & acris & attenuatorijs ac discussorijs utere que paulo antea descripta sunt &c. lege eum fufius lege in su per Arcul. Sauro. et Gord. & Mes. ibi, Quando fit a uentofixa te grossa conferunt caput purgia sternutationes post mundificationem &c. intelligens de deriuatione & de alijs prout in ipso reperies &c.

Observationes in cura.

Auic. quarta tertij, cap. ix. Oportet ut omnes isti uident balneum solem & uomitum & clamorem & repletionem, & ut leniant naturas. i. uentres.

Curantia sonitum & tinnitum aurium.
Curant sonitum & tinnitum aurium, uapor aceti, absus

ethium cum felle bouino fel caprae cum succo porri tepido, colocynthidis decoctum in aceto, succus foliorum ebuli, fel thauri cum succo porri, acetum decoctionis hellebori, decoctio caricarum cum sinapi, succus rutae in cortice granati tepesfactus, uapor decoctionis hysopi cum ficibus, oleum de been, eum adipe anatis, oleum liliorum alborum, oleum uiolaceum, amygdalarum amararum, decoctum lauri cum uino antiquo & oleo rosaceo &c.

De pronosticis sonitus.

Gale. 3. de compos. med. per loc. cap. 1. si in febris sonitus fiant, minime curandi sunt, ut plurimum enim statim sedantur. Hippocra. aphoris. 4. aphoris. 60. Quibus in febris aures oburduerunt, sanguis ex naribus fluens aut alius turbata, soluit morbum. B. intellige de fluxu critico qui facile adueniens sonitum soluit. Arcul. Antiqui sonitus difficulter sanantur, qui uero ex natiuitate contrahuntur, nequaquam sanari possunt. &c.

De graui auditu & surditate.

Differunt inter se grauis auditus & surditas, quum hie tantum diminutum auditum, illa uero omnimodam auditus ablationem significet. Hunc graeci κωφωσις, illam uero σκουεσις appellant.

Loci consentientes de graui auditu & surditate.

Auic. quarta tertij, cap. 2. omne auditus nocumentum uel est ut destruat eum operatio aut auditus minuatur, ita ut quis audiatur quod non audit &c. Lege Arcul. 9. almanf.

De causis surditatis.

Omnis causa uel essentialis est uel per compatiendi rationem, Si essentialis aut auris pars aliqua laesa, est aut cerebrum, Si pars uel similis est, uel instrumentalis. Si similis tunc uel ab intemperie uel a soluta continuitate afficietur, Si instrumentalis, tunc ab obstructione aliqua aut a tumore aliquo

præter naturam innato aut ab aliquo aduentitio ut puta callo carne tuberculo, aut à sorde in auribus gignita, aut ab humoribus crassis uel à flatuoso spiritu occupante oborietur, si causa sit per compatiendi rationem tunc uel à toto sicuti in febribus, ex quibus uapores ad aures deferuntur, uel à crisi iam facta, uel à membro particulari propinquo & remoto sicut à cerebro, & à stomacho, item fiunt surditates ex paucitate et crassitie spirituum, uel à consumptione corporis &c.

Loci de causis surditatis & grauis auditus.

Gal. 4. de sympt cau. cap. 3. Grauis auditus & surditas animanti euenire solent, aut ob auris partem aliquam, aut ob neruum à cerebro descendentem, aut ob cerebrum ipsum, si eadem in parte unde neruus oritur læsum fuerit, Proinde harum partium morbi ab illis huc transferendi sunt ut ij, qui ad similes pertinent ex intemperie & continui solutione æstimentur, qui uero ad instrumenta ex obstructionibus, siue ipsarum partium tumor aliquis præter naturam, meatum obstruxerit, ut puta abscessus phlegmone oedema & scirrhus, siue aduentitius, isque omnino præter naturam tumor in meatu ipse oriatur, ut quum callosum uel carnosum innascitur tuberculum, atq; huc pertinent sordes quæ creberrime in auribus gigni consueuerunt. Auic. quarta tertij, cap. 2. Nocumenta auditus aut sunt complexionalia, aut instrumentalia, aut resolutiua singularitatis, nocumentum in neruo auditus interdum accidit per omnes causas ægritudinum similium partium & instrumentalium & solutionis continuitatis, Aegritudines consimiliū partium in ipso sunt unaquæq; specierum malæ complexionis singularis & compositæ. Et quandoq; sit unaquæq; earum absq; materia et quandoq; cum materia melancholica cholericâ phlegmatica ex phlegmate crudo et uentoso. Instrumentales sunt sicut opilatio, quam facit humor aut sanies aut

apostema & c. Lege eū fufius. Arcul. 9. almans. Defectus etiā spirituum .s. quum sunt crassi, est causa grauedinis auditus & similiter paucitas spirituum & corporis exiccatio et con- sumptio. Vide de his Mesu. cap. de surditate, Item Gord. & Sauona.

De signis surditatis & grauis auditus.

Et si per se surditas manifesta sit nec alijs indigeat indi- cijs, nihilominus an per essentiam uel per consensum fiat, nisi indicia cognoueris non facile rem percipies, Cognoscuntur igitur que fiunt per essentiam absente totius uel partis mala dispositione, e contra uero si per consensum ex totius et partis progressa aegritudine, qua aucta surditas augebatur et remota remouebatur, cognoscitur etiam obstructio tantum ex intuitu subradijs solaribus, Cognoscitur fieri ex materia frigida cras- sa ex grauitate & loci frigiditate, ex comotione cum sonitu & quia lesio cum frigidis augetur, cognosces causam esse in- neruo auditorio ex dolore, cognoscitur, ex crisi fieri per præ- cedentem morbum ad aures terminantē, & eo q. crisi finita remouetur auditio grauis & c. Reliqua signa ex relatione in- firmi manifesta erunt, cognoscitur à flatu fieri ex sonitu & tinnitu.

Loci consentientes de signis surditatis.

Auice. quarta tertij, cap. 4. factum à communitate cerebri significat dispositio in reliquis sensibus, sicuti in uirtute ma- trice, præterea præcesserunt nocumenta cerebri sicut sirsen & intellectus commixtio & reliqua que dicta sunt, in cap. de aegritudinibus cerebri, similiter de reliquis plura habet Auic. quem fufius legere poteris, lege insuper Arcul. nam si omnes ad unguem recitare uoluerimus, præter quam deceat in mora esse mus.

De cura surditatis & grauis auditus.

Si à nuda intemperie surditas peruenit, per alterationem in contrarium sanabitur, Aurisq; roboratione ac regimine contrario discrasia indigebit, facta tamen aliquali resolutione, si humorum fluxus timeatur, At si fuerit frigida intemperies, calidis remedijs curabitur ut pote cum oleo laurino costino amygdalino amaro in aurem infuso. Roborabitur auris, si his aliquantulum styptica adhibeantur. Similiter calida intemperies cum oleo ros. cum aliquantulo aceti bullito curabitur. Si uero ab intemperie cum materia morbus fiat, cogitandum est in primis de qualitate humoris, deinde an principaliter in aure contineatur, an aliunde transmittatur. Et tunc in curatione scopi erunt quinque, euacuare, fruellere, membrum mandans corrigere, deinde causam coniunctam educere & resoluerè, deniq; discrasiam alterare & regimen in contrarium instituere, Calida igitur intemperies cum materia euacuabitur per κολάγωγα pharmaca, sicut cum decoctione fructuum, reubarbaro, pillulis aureis & c. Frigida materia per sectionem uenae uel cum chochis & agarico. Reuellitur etiam materia ac deriuatur per masticatoria, per errhina caput purgia, & per ea quae pluries a me dicta sunt, immo etiam per cauteria commissurae coronali applicita. Corrigitur membrum mandans euacuando corroborando & eius intemperiem alterando, Causa coniuncta resoluitur in causa frigida, per exercitium clamores & uociferationes in aure, uel per ea quae in aures initiuntur uel extrinsece applicantur, ueluti sunt suffumigia emplastra & c. uel lotiones cum aqua thymarum. Regimen in contrarium ordinetur & c.

Loci consentientes de cura surditatis.

De cura surditatis sine materia loquitur, Auic. quarta tertij, tra. 1. cap. 5. ibi quod si illic est caliditas tantum, tunc cum

infrigidantibus curetur ex oleis & alijs aut succo granati, ita ut bulliat in cortice suo cum aliquantulo aceti thuris & olei rosæ, et destilletur in ipsam aqua lactuce aut solatri, Illi uero quod factum est à frigore conferunt omnia olea calida in quibus sit dissolutum castoreum & c. De cura intemperiei cum materia. Alexander libro primo, cap. 32. inquit, quando bilio si humores ad caput delati surditatem inducunt, non difficulter succurritur, modo uenter per $\kappa\omicron\lambda\delta\gamma\omicron\gamma\alpha$ sedulo euacuetur, At si malum ex crassis & crudis humoribus oriatur, principio statim medicamento purgante euacuandum ut puta cum oxymelle Juliano uel hiera uel eo quod constat ex euphorbio. B. De hac compositione quæ paratur ex euphorpio, meminit Mesues capit. de surditate, & modum parandi docet, sed in pondere, ipse decipitur, quum loco scrupulorum quatuor usque ad sex, ipse a quatuor dragmis usque ad septem in ouo sorsibili exhiberi iubet, quam quantitatem uix oui cortex absque uitello & albumine caperet. Auic. loc. cit. in eo quod est cholericum oportet ut euacuetur cholera cum solutiuo uentris, Nam ut plurimum cum solutione uentris surditas remouetur, si uero fiat a materia frigida, calida conferunt & c.

Paul. lib. 3. cap. $\pi\epsilon\pi\iota\ \delta\epsilon\upsilon\sigma\eta\kappa\omicron\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \kappa\alpha\phi\omega\sigma\epsilon\tau\alpha\iota$. At ex crudis crassisq; humoribus prognatas surditates uel grauem auditum, uena incisione curato aut omnino purgatione ex hiera.

De reuulsione habes Alex. locum in primo lib. cap. 32. ibi purgatione uero egregie facta, utendum est apophlegmatis mis quibus. per os capitis pituita purgatur & $\epsilon\pi\iota\omicron\iota\varsigma\ \kappa\alpha\iota\ \pi\tau\omicron\phi\iota\kappa\omicron\iota\varsigma$ & c. Vide de his latius Mesueni & Arcul. De resolutione loquitur Auic. loc. supra cita. ibi & exercitium est uehementis iuuaminis & similiter uociferatio uehemens in aure & clamores bucinarum & quandoq; ponitur in au

re caput embubæ, ut ad ipsam peruenire faciat uaporem decoctionum resoluentium & confert succus rutæ cum melle & castoreo &c. Obseruentur quæcunq; dicta sunt in capite de dolore auris.

Conferentia & acuentia auditum.

Confert & acuit auditum uapor siue fumus aceti, succus aristologiæ cum melle, succus foliorum capparorum uel oleum decoctionis eius radice, Castoreum cucumeris asinini sitcus, acetum decoctionis hellebori nigri, flos aris qui ex eo albus est tritus & insuflatus delet antiquam surditatem, Auic. oleum decoctionis seminis laureolæ, Mercurialis cum uino, instilata serpentaria, suffumigium sulphuris, radix brioniæ & uitis albe oleum laterinum albuchasis, oleum cucumeris syluestris amygdalarum amararum de been, oleum laurini, Sotira Nicolai iniecta auditum reddit, theriaca magna pillule aggregatiuæ, hieralogodion, & fel & urina capræ cum galbano.

De pronosticis surditatis.

Hip. aphor. 4. aphor. 28. Quibus biliose deiectiones, superueniente surditate cessant, & quibus surditas superuenientibus deiectionibus, cessat. B. intellige cessare surditatē ex deiectionibus, præsertim si a febris uel bile ad cerebrum mota ipsa fieret, nam in cæteris casibus locum non haberet Aph.

Paul. lib. 3. cap. cita. Quæ ab origine, uel a prima natali die, sed longissimiæ et absolute surditates constituuntur, nullo remedio eliduntur, Quæ uero non absolute, sed diurnæ sunt, ipsæ etiam curam recipiunt, aut certe difficillimam &c. i. quæ ab origine sunt surditates arte curari non possunt, si quidem nervus auditorius meatum forte non habet, unde species soni hauriat, uel si habet, locum forte non occupat quem iure possidere deberet aut uehemens a deo inest obstructio ex

carne oborta, ut minime curationem admittat. Vide de his
 Mesuen. Hip. aphor. 4. aphor. 60. Quibus in febribus aures
 obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens aut aluus turbata sol
 uit.

De Parotidibus.

Parotides sunt abscessus post aures de genere inflamma-
 tionum, quæ accidunt in carnis glandulosis sicuti in emun-
 clorij.

Loci consentientes de parotidibus.

Paul. lib. 3. Parotis est glandularum sub ipsis auribus pas-
 sio, Gale. 3. de comp. med. per loc. cap. 2. Parotides ex genere
 inflammationum sunt, fiuntq; glandulis circa aures affectis,
 itidem ait Aet. ser. 6. cap. 89. Auic. quarta tertij, cap. 24.
 Hæc apostemata sunt ex genere apostematum accidentium in
 carnis mollibus & proprie glandulosis & nominantur
 nascencia auris &c.

De causis parotidum.

Parotides uel a parte uel a toto fieri possunt, a parte ob-
 structis in capite humoribus, a toto corpore, si qua fuerit cri-
 sis in febribus, hoc autem contingit ob eam quæ est in febrim
 caliditatem, relata multitudinem ad caput, Fiunt interdum
 a materia sanguinea aut biliosa, Interdum a pituitosa aut me-
 lancholica aut uenenoza iuxta semitam epidimie &c.

Loci de caulis parotidum.

Paul. lib. 3. cap. 23. Parotis fit a materia morbi illic ema-
 nante, modo a capite humoribus in eo obstructis, modo a re-
 liquo corpore in febribus crissim expertis oritur &c. Quod
 in febribus ob earum caliditatem fiant abscessus, lege. 4. apho.
 Gal. com. 31. ibi latitudinem habentibus in febribus &c. Auic.
 loc. cit. cap. 23. Et hæc apostemata omnino fiunt a materia san-
 guinea aut cholericâ, & quandoque melancholica aut phleg-
 matica & quandoque ex his mixta. Vide latius in hoc Ar-

cul. & reliquos praticantes & c.

Alex. lib. 1. cap. 34. Parotidum igitur aliæ originem ad copiosum sanguinem referunt. Aliæ ad tenuem calidum & biliosum humorem, Aliæ ad gelidum crassumq; succum & c.

De indicatijs parotidum.

Si fierent a sanguine rubor loci, dolor, febris sequens, caliditas, grauitas manifeste indicant. Si ab ile herysipelas, dolor punctorius, uel momordicans, febris succedens, color pallidus, pauca grauitas aderit, Si a pituita in compressione aderit inundatio, color albus, uel rubedo ad albedinem declinatur, dolor non intensus, nec sequitur febris nisi dum pus conficitur, adest etiam grauitas. Si a melancholia durities, nullus ferè dolor & color liuidus ostendunt.

Loci de indicatijs parotidum.

Auic. loc. cit. Significant quod est sanguineum rubedo & grauitas & expulsio eius apud compressionem et constrictionem in meatibus, et significant cholericum ex sanguine subtili, dolor mordicatus fistulosus. i. corrosiuus sine grauitate multa & c. Alex. loc. cit. loquitur etiam ipse de his indicatijs, ibi, Quæ feruentis humoris plenitati adscribuntur dolores intensissimos pariunt, quæ uero tenui subtiliq; humori herysipelæceas inflammationes referunt, nullaq; grauitate, neq; dolore locum excruciant & c. de alijs indicatijs lege latius hunc locum.

De cura parotidum.

Cura eiusdem et præsidij, quibus alios abscessus curare solemus perficitur præter quod nec styptica neque repellentia in morbi principio conueniunt, uerum sanguine exuberante, prius sectionem uenæ moliemur, qua peracta considerandum num parotides in tumorem attollantur, an adhuc alius delitescant, si in tumorem erumpant, tunc leniētibus mollientibusq; ac digerentibus medicamentis utemur, qualia sunt quæ ex

farina hordacea ex semine lini fenigræci, althea camomilla
 lapatho et insulsa axungia parantur. Si uero altius delitescant
 tunc natura cum attractorijs presidijs ueluti cum cucurbitula
 et fotuum crebro usu, adiuuanda erit. Si uero abscessus ad sup-
 purationem se conferat, pus mouentibus utemur: deinde scissa
 cute pus excerni cogemus, quod si dolores interim agrum
 molestant, his dolores mittigabimus quæ moderate hume-
 rant ac calefaciunt &c.

Loci de cura parotidum.

Auice. quarta tertij, cap. 25. Oportet ergo ne intendas ad
 curam eius in quantum exigitur ad curam apostematam ad-
 hibendo styptica & apocristica in principio, deinde compo-
 sitionem regiminis, deinde resolutionem puram. Imo oportet
 ut incipias et proprie quando accidit in febris cum dolore
 capitis et adiuues ad extrahendum materiam ad apostema cū
 omni ingenio & cum uentosis &c. Gale. 3. de compos. med.
 per loc cap. 2. Non utimur in parotidibus ut in alijs partibus
 inflamatis, in principio repellentibus, sed uice uersa attracto-
 rijs, ut assilgentem humore ex profundo ad cutem attrahen-
 tes, nature opem feramus &c. Vide latius Aet. ser. 6. cap. 89.
 Paul. lib. 3 ca. cit. Si igitur alte adhuc delitescens parotis in tu-
 morem non attollitur, natura debet adiuuari presidijs quæ
 coactas sordes ex trahant, uel etiam cucurbitula adglutinata
 uel crebro fotuum usu. Sin inflammatione tentata in tumore
 erumpat, ijs quæ leniunt et cōcoquunt utemur cataplasmatis,
 at si sanguis exuperare uideatur prius sectione uenæ ipsum
 euacuabis, deinde medicamentis utere quæ puri mouēdo sunt
 & ubi abscessus ad suppurationem spectarit cute descissa pus
 excernetur uel acri medicamēto erumpetur &c. Vide Alex.
 tral. longe fusius de singulis his tumoribus differentem.

De mittigando dolore lege Auice. ibi, si fuerit initium eius

cum dolore uehementi, sis contentus uaporatione & c.

De pronosticis parotidum.

Auic. loc. cit. Et fortasse consequitur quandoq; ex uehementia doloris eius ut interficiat, & apostematum quæ sunt sub origine auris, illud est magis incolume quod est secundum semitam bonæ crisis. Illud uero quod est a crisi cum qua non est signum maturationis, aut præcedit bona crisis est malū & c. Ratio est quia quæcunq; ante materiae concoctionem a natura sunt crises, male sunt, quæ uero cocta materia, bonæ, nam satius est naturam uincere quam uinci. Paul. loc. cit. si in altū recurrat coluuius, periculum haud mediocri subsequiturum est & c. lege etiam de his fusus Arcul. & Sauonarola.

De narium affectionibus & primo de polypode & ozena.

Tres inueniuntur narium propemodum similes affectus, Sarcoma quod inde descriptione polypi ponitur, Ozena & Polypus, Sarcoma est præter naturale incrementum carnis in naribus, Ozena uero est ulceratio profunda in naribus tetri odoris atq; halitum emittens, Polypus uero est quoddam sarcoma simile polypis piscibus, nam sicuti illi multas habet pro pagines molles; sunt atque augentur, ita hic quoque affectus, Differt tamen sarcoma a polypo magnitudine tantum & opificio & c.

Loci consentientes de polypede & ozena.

Gale. 3. de compos. med. per loc. cap. 3. Et Paul. lib. 3. cap. 24. Polypus tumor est præter naturam in naribus ortus, polype dis carni similis iuxta substantiæ proprietatem, Ozena uero ulcus est putridum ex humorum acrim illuuiæ creatum. Gale. lib. finit. med. differentiã inter polypum & sarcoma enarrat. Auic. nullum agit de polypo caput, nisi illud sit in quo de hemorrhoidibus & alharnabeth agit, ubi carnes esse in naso addit. is

additas asserit, nec de ozena sermonem facit, nisi forte in ca-
pite ulcerum nasi contineatur. Vide latius Gale. 3. de compos.
med. per loc. cap. 3. ibi ex genere tumorum præter naturam
polypodes in naribus generantur & c.

De causis polypedum & ozenæ.

Ozenæ caterorumq; ulcerum ac tumorum cause esse pos-
sunt multiplices, sicuti a uulnere ab abscessu, ab humorū acri-
um influxu, a uaporibus acutis paulatine rodentibus donec ul-
cera pululant. Cause etiam esse possunt quæcunque hæc om-
nia irritare possunt, similiter polypodes fiunt ex humoribus
crassis a cerebro ad nares influentibus, uel ex ipsarum nariū
nutrimento, a facultate nutritoria & auatrice, in carnem mu-
tato & c.

Loci de causis polypedum & ozenæ.

Gale. 3. de compos. med per loc. cap. 3. Manifestum est af-
fectionem hanc polypodis ex crassis & uiscosis humoribus
generari, & ozenæ ex humorum acrium & putrescibilium
in fluxu generantur, ita ut si acres solum sint agre curabilia
ulcera producere consueuerunt, non tamen graueolentia.
Auc. quarta tertij, de ulcer. in naso cap. 3. Quandoq; generan-
tur ulcera in naso ex uaporibus acutis aut malis aut chatar-
rhis acutis & c. De his legito acuratius Alexan. lib. 1. cap. 35.
Et Paul. ibi, ozena est ulcus ex humorum acrium illuuiæ crea-
tum & c. De polypodis & ozenæ cura.

His ambobus curandi scopus idem est, ut primum corpus
euacuetur, Materiæq; per reuulsionem ac derivationem ad
huc fluens intercipiatur, caputq; firmetur ac corroboretur,
quo corroborato ad narium curationem progrediendum, ita
ut in ozenis affecta pars tum per repellentia tum discutien-
tia pharmaca reficetur, sed in polypo partim adstringant
partim siccent ac extenuent, partim discutiant ac cōdensent.

T

si igitur totius corporis humorum copie indicia adsint, Eua-
 cuatio prius aut per sanguinis missionem, aut purgatione per
 hieram perficietur, deinde loco indantur remedia. Cura oze-
 nae erit prout de ulceribus aurium dictum est. Polypodis ue-
 ro cura fiet si cum filo tenui ligetur & in radice sua incida-
 tur, & ubi aeger manualement abominatur operationem procu-
 randum est, ut acris medicamentis polypes extirpetur si-
 cut cum puluere corticum granatorum arsenico are isto, ni-
 tro cantaridibus &c.

Loci de cura polypodis & ozenae.

Gale. 3. de compos. med. per loc. cap. 3. Ceterum curatio utris-
 que his communis ozenae & polypodi, ut primum caput sicce-
 tur firmetur et corroboretur, quum palam sit, ob uitiationum
 humorum redundantiam, defluxum ex eo provenire, quo ro-
 borato ad naris curationem progredieris, scopo in ozenis
 proposito, ut affecta pars permixtae facultatis pharmaceutum
 repellentia tum discutientia rescicetur, Repellentia austera &
 acerbata que adstringentia dicuntur, Discutiunt uero calida et
 sicca facultate praedita, similiter in polypode mixta materia
 medicamentaria, opus est ut partim astringat partim seccet
 & attenuet partim discutiat condenset &c. Paul. lib. 3. ca. 24.
 itidem ait ibi, quum totius corporis humorum copia suspitio
 fuerit, haec prius aut sanguinis dimissione aut purgatione ex-
 hiera euacuetur &c. Auice. & Mes. Curationem polypodis
 manualement docent, per incisionem & cauterium cum ferro
 ignito, aut acris medicamine, quos si lubeat, leges. Arcul. reci-
 tat ung. de quo inquit modernos se profiteri omne polypum et
 carcinoma curare, & est medicina fortis, cuius operatio dia-
 rat tribus diebus, sed circumstantes partes cum defensiuis &
 succis frigidis defendatur cuius descriptio haec est. R. cantar-
 idarum p. i. arsenici sublimati p. 5. uel plus & minus prout

fortius aut imbecillius operari desideras et cum oxymelle simplici aut sapone nigro fiat unguentum, caue tamen membra principalia, nam tota uis in arsenico reponitur & c.

Polypum & ozenas curantia.

Faciunt ad remotionem polypi, puluis antimoniij, arsenici, aristologiae, calcanti, ciclamini, dragontea, eris usui, florij eris, cum melle uel succo serpentariae, succus mali granati, uel delictet granorum eius acetosorum cum osibus suis cum melle coctus ad spissitudinem, hermodactilus cum ere usto. Faciunt etiam ad ulcera narium, aloes, aristologia auri pigmentum, ciperus, ciclamen, licium, plantago, sicla, sumach blea & c.

De polypi & ozenae pronosticis.

Auice. quinta tertij, cap. 2. Carnes addite si sunt molles albae et non sit in eis dolor sunt facilis curationis, quae uero sunt rubrae aut fuscae uehementis doloris cum sanie fetida, sunt difficilis cura. B. Molles quia pituitosae facile curationem admittunt, sed liuidae difficulter quam cancri propemodum naturam sapiant. Mesu. cap. de polyp. nar. Polypus qui fit in narium durus niger & non tractabilis et mollis & putridus et fetidus fortassis non sanatur, sed qui elongatur et pendet habens radicem gracilem non nimis profundatam curatur per incisionem & c.

De dolore dentium.

Manifestum est quid dolor sit dentium, sed locus doloris adeo latet ut uix a medico dininari possit, quae de re triplex erit doloris locus aut in substantia ipsius dentis, aut in nervo ad radicem dentis prostrato, aut in gingiuarum substantia inflammationem patiente & c.

Loci consentientes de dolore dentium.

Gale. s. de compos. med. per loc. cap. 8. Ex dentium affectionibus aliqua euidenter apparent, ueluti quum perforati de-

nigrati aut detriti sunt, aut frigida nec calida ferunt, sed ab utrisq; aut ab altero solo dolor eis contingit, aliqua non manifeste apparent, ueluti quum circa corpus dentis in profundo obortus sentitur & c. lege de his Paul. lib. 3. cap. 26. et Auic. settima tertij, cap. 4.

De causis doloris dentium.

Causa doloris dentium aut est mala intemperies aut soluta continuitas. si mala intemperies uel nuda erit uel cū materia, quæ si fuerit multa partes extendens dolorem excitabit, si uero pauca tenuis & acris tunc ulcus inde orietur & per consequens dolor, at si erit intemperies nuda absq; materia, tunc erit uel flatuosa, uel nimis calida & frigida & c.

Loci consentientes de causis doloris dentium.

Auic. septima tertij, cap. 4. Cause doloris dentium sunt aut malitia complexionis pura cum frigore & calore, aut est cum materia aut uentositate, si cum materia, uel hæc est multa uel pauca crassa uel acuta, aut materia apostemans dentem, uel erodēs, uel uermē nasci faciens et tunc uel a capite, uel a stomacho, uel atoto ut in febribus materia descendit & c.

Gale, s. de compos. med. per loc. cap. 8 perforantur dentes ex acrium ac rodentium humorum in fluxu uelut ulcera in cute citra externam causam similiter dentes liuidi siue deni grati ex humorum uitiatorum in fluxu fiunt & c.

De signis doloris dentium.

Dentes esse affectos cognoscimus ex sua nigridine uel corrosione, sed si in suo permanserint colore inquirendum est, num malus color in gingiua uideatur, aut si tumida, aut quid erosionis uel putrefactionis in se habeat, nam tunc ex sedens non dolet, sed ex mala affectione in gingiua, uerum si nihil horū adfuerit coniecturandum est affectionem esse in neruo, præsertim si dolor in profundo sentiatur, cognoscēs etiam

hec si gingiuam gingiuae uel dentem denti comparaueris, ita etiam mala imperies siue calida siue frigida per colorem cognoscitur, ut si pallida rubea alba, item ex applicitis iuuantibus ac nocentibus &c.

Loci contentientes de signis doloris dentium.

Gale. 5. de comp. med per loc. cap. 8. Si dentes liuidi per onem suam substantiam facti appareant, nihil mirum est ipsos quid inflammationi simile pati &c.

Auice. septima tertij, cap. 5. Omnia ferè recitat quae à me nuper relata sunt, uide in super Arcul. 9. almans. & Mesu. cap. proprio.

De cura doloris dentium.

Cura duplex est uniuersalis & particularis, Vniuersalis in se continet euacuationem reuulsionem & fluxus cohibitionem, Euacuatio fit uel per sectionem uenae aut uentris solutionem, praesertim ubi abscessus aliquis aut sanguinis copia in causa fuerit, secetur igitur primum uena cephalica, deinde quae sub lingua latet. Reuulsio fiat cum cucurbitulis & extre marum partium frictionibus &c. Fluxus cohibetur per pilulas alchaiber nominatas. Cura particularis duplex regularis & coacta, Regularis erit in materia calida, ut primum destillationes reppellantur cum frigidis sicut rosa mirto camphora &c. deinde repellentibus discutientia comisceantur, & in fine resoluentia & maturantia prout ad inflammationes pluries dictum est, adhibeantur. Cura coacta consistit in auferendo sensum, quo ablato dolor sedatur, Si uero inflammatio fuerit in nervo dentis, tunc dens eradicandus erit. Si uero praemolitiie dens erosus sit, reddere oportet eum duriorum per austera & acerbam medicamina, Si liuidi & nigri per resicantia pharmaca.

Loci contentientes de cura doloris dentium.

Gale. s. de compos. med. per loc. cap. 8. Erosiones dentium, siue cauerna, per exiccationem influentis humoris uitiosi sanantur, qui si paucus fuerit ex localibus auxilijs exiccantibus medella sufficit, si multus influens humor, uniuersi capitis rationem habere conuenit, sed si caput a reliquo corpore afficiatur, totius corporis cura gerenda est. Porro erosos dentes qui praemollitie perpepsi sunt reddere oportet duriores per austeram & acerba medicamenta, Simili etiam cura indigent liuidi & denigrati cum perforatis per resiccantia phar maca & c. Auicē. septima tertij, cap. 6. Inquirendum an per se uel per consensum fiat dolor, si per consensum, incipe ab euacuatione membri consentientis cum phlebotomia & uentris solutione cum hiera aut scamonio si uero per se cum scarificatione & similibus, deinde si materia calida cum frigidis, si frigida cum calidis, si sicca cum humidantibus & dolorem lenientibus, si fuerit in causa siccitas confert ut ficitur dens cum butyro & adipe anatis & c. Mesu. Intentio in cura duplex est uniuersalis & particularis, uniuersalis habet tres res prima est euacuatio & c. Vide eum fusius uide etiam Arcul. 9. almans. cap. proprio, & alios practicanes & c.

Obleruatio in cura doloris dentium.

Gal. s. de compos. med. per loc. cap. 9. In dolore dentium citra gingiuarum, inflammationem, siue in proprio dentium corpore, siue in neruo dolor fiat uehementissimis opus est medicamentis, siue quis uelit repellere, siue discutere doloris causam, siue humor sit siue uentus, & propterea, omnia acerrimo aceto praeparantur & c.

Nocentia dentibus.

Nocent dentibus, brasica, dactili, gumae, granata dulcia, lac, nix porrum raphanus.

Curantia dolores dentium.

Ad dolorem dentium ualent acetum, uinum decoctionis acetosæ, acorus aphodillus, allei decoctum cum pini ligno & olibano, alumē, amygdalarum folia in aceto cocta, assa, been, betonica, bor. ax. pulsationem dentis mirabiliter tollit chameleontis nigri decoctio, cappares, lac capræ, radix celidoniæ, cypressus, colocynthis, cornu cerui decoctum, radix curcumæ masticata hedera, galla, gith, gramen, lacca, malua, melissa, mezeron, morus, nasturcium, peucedanum, pinus, pyretrum, portulaca, rosamarinus, sandaraca, rosa, ruta, sumach, saxifragia, hyssopus, asparagus oleum uermium terrestrium, myrtinum, de citro, de uitellis ouorum, oleum benedictum nic. & dentificium democriti Auic. tra. 4. sum. 2. 5. Medicamen antidromaci, Auicent. eodem in loco, Mitridatum Nic. Sotira Aui. prima quinti & c. Reseruant a dolore dentium succus cepturum sanguis testudinis marinæ fricatus & c.

De doloris dentium pronosticis.

Auic. tertia tertij, cap. 5. Si affectio fuerit in gingiua nunquam remouebitur dolor cum dentis extirpatione, si uero in neruo fuerit, nec per remotionē dentis interdum remouetur & interdum iuuat. B. q. dentis eradicatio minime utilis sit, omnibus notum est, at si in neruo fuerit, exēpto dente facile curatur, quum materia quæ prius cum dente erat retenta, exitum habeat, non iuuat interdum quum materia sit crassa & neruo nimis adhereat & c. Hip. 4. aphor. aphor. 53. Quibus circa dentes in febribus quidam lentores nascuntur, ijs fortes fiunt febres. Lege etiam pronost. 1. Tex. 24. ibi. si quis strideat dentibus non consuetus a pueritia ita facere malum.

Autho. erronei dissentientes circa dolores dentium.

1. Adferere, dentes per se dolorem posse pati cum zoar primo theisr.
2. Adferere, dolores dentiū magis affici a calido quā a frigido.

3 Adferere, dentes ab alijs ossibus non differre.

4 Adferere, in dentibus non posse apostema spurium fieri.
Confutatio dissentientium circa dolores dentium.

Ad primum Arist. 1. & 3. De anima. pillis, ossibus, unguibus nullus est sensus quum sint natura terreæ, propter quod etiam plantæ nullum habent sensum, sed dentes sunt ossa per Auic. prima primi. cap. de anoth. ossium, & secundo, de generatione animalium cap. 6. igitur dolorem non patiuntur, nec obstat dictum Gal. 3. de sympt. cau. nec, Arist. problem. 2. & 3. cap. 6. problem. 22. ubi abetur q. dentes celeriter & dolent et sentiunt frigus & sic patiuntur, Nam hoc non per se sed potius per accidens euenit.

Ad secundum, Hip. aph. 5. aph. 18. Frigidum inimicum ossibus dentibus neruis cerebro, spinali medulle, calidū uero utile, ubi Gal. Quæcunq; partes sunt natura frigidiores & penitus exangues citius ac magis a frigido offenduntur quam a calido & c.

Ad tertium, Arist. 2. de generatione animalium ca. 6. et. 2. de anima inquit q. ossa non crescunt, ibi, omnium natura constantium impositus est finis magnitudinis & augmenti, sed dentes crescunt, ut patet experientia, igitur ab alijs ossibus differunt, alioqui in contritione & contactu, nisi crescerent omnino contriti perderentur.

Ad quartum. Respondet Serapio. 2. de dentibus, ibi, si dentes in suo toto corpore uiriditatem accipiunt, tunc nō mirandum si consequatur eos quod simile sit apostemati, uel dic posse apostemari per uiam congestionis. i. ex superfluitate nutrimenti, non per uiam rheumatis sicut alia apostemata lege cōcil. differen. 96.

De gingiuarum affectionibus.

Accidunt gingiuis inflammationes ulcera serpentia, Paru

lis & epulis inflammatio est calidi sanguinis influxus, Parulis est alicuius partis inflammatio, quæ nisi discussa fuerit in suppurationem uertitur, Epulis est carnis excrescentia quæ ab inflammatione contracta ad itimos molares dentes pertinet, nonnunquam cum febre & dolore & c.

Loci consentientes de gingiuarum affectionibus.

Gal. 6. de comp. med. p. loc. cap. 1. inflammatio est calidi sanguinis influxus & c. Aet. ser. 8. ca. 24. Parulis est inflammatio alicuius partis gingiuarum cum tumore, quæ ubi non dissoluitur, suppuratur, Epulis uero est excrescentia carnis ab inflammatione consequuta iuxta interiorem dentem molarem aliquid quando cum febre & uehementi dolore internarum mandibularum ut neq; os aeger aperire liceat, contingens & c. lege de his etiam Paul.

De causis gingiuarum affectuum.

Causa uel est extrinseca uel intrinseca, si extrinseca tunc erit uel pluuiosa constitutio calida & humida, uel ceteræ dispositiones ad humorum putredinem paratæ. Si intrinseca, uel a parte ortum habet, uel a toto, a parte sicuti a capite uel a stomacho, a toto sicuti in febribus uaporibus, s. ad gingiuas peruenientibus ex quibus ulcera & inflammationes oriuntur, eo quod in has oris partes tamquam tenues & debiles facillime imprimantur & c.

Loci consentientes de causis affectuum gingiuarum.

Auic. octaua tertij, cap. 1. Gingiua accidit apostemata causa materiei descendens ad ipsam secundum plurimum ex capite & quandoq; ex communitate stomachi et quandoque accidit in principio hydropisis ex malitia formæ ob id quod ex uaporibus corruptis ad eam eleuatur & c.

De signis affectionum gingiuarum.

Cognoscitur humor putridus per colorem & tactum, Næ

cognitio nostra quæ per uisum quandoq; decipitur, ex tactu interdum certior fit, Ex tactu. n. omnes qualitates percipimus ut durum molle calidum frigidum, interdum inflammationes et ulcera per se manifesta sunt, et plerunquæ cum febre fiunt. Loci consentientes de lignis affectionū gingiuarum.

Auic. loc. cit. & significatur genus materiei per colorem & tactum, & quandoque sunt, ex eis manifesta recentia uelocia ad suscipiendam curam &c.

De cura affectionum gingiuarum.

Vbi totum corpus apparuerit, aut multitudinem humorū refertum, aut eorum malitia uitiatum, primum antequam ad topica peruenias, per sectionem uene per purgationem ac in eandem curabis, quū uero ad topica accesseris, duo scopi erunt considerandi, alter ab ipsius affectionis indicatione, alter a particula quæ curatur natura. In ipsa affectione conuenit ut in principio id quod insluit repellatur, Repellentia sunt quæ adstringendi uim habent, post principium usquæ ad morbi finem pharmaco opus est repellente & discutiente, sed primo tempore adstringens præcellat, in fine uero discutiens inter medio tempore æquales utriusq; partes sint, si uero quid induratum de inflammatione relinquatur non sunt adstringentia cum discussorijs miscenda, sed ita curandum ut concoctoria præcedant ad discussoria, in particula natura consideretur, superficiem oris esse cute totum corpus ambiente molliorem ac rariorem, quæde re non fortibus auxilijs indiget &c. Cura parulidis fiet per discussoria antequam suppuretur, sicuti per collutiones ex decocto. s. lini, sed epulidis inflammatio cū discussorijs ac siccis deprimentibus auferetur &c.

Loci consentientes de cura affectionum gingiuarum,

Gal. 6. de compos. med. per loc. cap. 1. Eandemet methodū enarrat quam nuper retulimus, sed longe satis fusiorem. Aet.

fer. 8. cap. 24. & 25. Parulis dissoluenda est antequam suppu-
retur per collutiones quales sunt succus ptisanæ decoctum se-
minis lini, deinde siccis deprimenda est carnis eminentia, Si-
militer epulis inflammatio cum dissoluentibus et siccis depri-
mentibus curanda est, quod si suppurentur incidantur et ulcus
per collutiones curetur. Habes remedia epulidis ex Gal. 5. de
compos. med. per loc. cap. 9. & a Paul. lib. 3. cap. 26.

Auic. octaua tertij, cap. 2. loquens de inflammatione inquit, si
materia est superfluitas calida tunc administra euacuationē
& phlebotomiā, et cura in principio cum collutionibus oris
infrigidantibus & sit in eis stypticitas sicut aqua myrti & fo-
liorum frigidorum stypticorum & decoctio balaustrarū glan-
dium & succus portulacæ arnaglossæ &c. Lege de his Gal. si-
sius in loco nuper citato &c.

Observationes de repellentibus & discutientibus.

Gal. 5. de compos. med. per loc. cap. 9. Inflammationes repel-
lentibus circa asperitatem & discutientibus sine asperitate in-
diget, hoc idem refert etiā Aet. ser. 8. cap. 20. Gal. 6. de comp.
med. per loc. cap. 1. Quum gingiuarum caro sit mollis et rara
ideo fortibus auxilijs non indiget, Vitentur insuauia ob
eius sensum, Item uenenoſa, ne ob duos meatus subiacentes,
aliquid in uentrem, uel pulmonem influat &c.

De linguæ batracho.

Ranunculus græce βατραχος dictus est tumorū uenarū
quæ potissimum sub lingua cōtinentur, sunt inter auicinianos
qui morbum appellant glandulam, crescit ac si noua lingua
oriretur, unde sunt qui uelint carnem additam esse lingue ba-
trachum alij apostema pituitosum.

Loci de linguæ batracho.

Paul. lib. 3. cap. 26. Batrachus tumor est ad inflammatio-
nis similitudinē, sub lingua erumpens maxime in pueris, Iti

dem adferit Aet. ser. 8. cap. 37. De batrachi causa.

Si tumor fuerit pituitosus omnino ab humiditate viscosa a capite descendente fiet, si uero caro addita tunc fiet sicuti et alia caro & c.

Loci consentientes de batrachi causis.

Auic. sexta tertij, cap. 17. Et causa eius est humiditas viscosa & c. Vide ipsum fufius. De batrachi indicijis.

Cognoscitur quia similis est ranæ, in colore, quum superfici cici & uenarum linguæ tumor sit & c.

Loci consentientes de batrachi indicijis.

Auic. loc. cit. est similis glandule duræ existentis sub lingua, cuius color est similis colori cõposito ex colore superficiei linguæ & uenarum que sunt in ea & est similis ranæ & c.

De batrachi curatione.

Consyderandum in primis est num in puerulis an in perfecta etatis hominibus cura fieri debeat, nam si in puerulis tunc collutiones tantum conueniunt si uero in maturis hominibus tunc primum sectio uenæ sub lingua & si ranunculus magnus fuerit, oportet ut scindatur & extrahatur, uerum in primis experiunde sunt medicina corrosiua incisua ac resolutiua, deinde si nihil profeceris, nil erit quod ab operatione manus te excuset, medicina igitur in principio parantur ex sale ammoniaco & gallis & diu fricetur locus, deinde, flore aris dragaganto & similibus uti poteris & c.

Loci consentientes de batrachi curatione.

Aet. ser. 8. cap. 37. In cura hoc discriminis est ut aliter in pueris ac imperfectæ etatis hominibus medendum sit, si quidem ijs sectio uenæ sub lingua illis uero collutiones tantum conueniunt, lege de his Paul. lib. 3. ca. cit.

Auic. sexta tertij, cap. 18. Eperiantur in ipsa medicina corrosiua incisua resolutiua in quibus est superflua exiccatio

ut sal ammoniacus & fricatio cum flore aris & draganto
& administrantur phlebotomia sub lingua & medicinae for-
tis alcola. si autem non ualuerint, non erit excusatio ab ope-
ratione manus &c.

De aphthis, i. oris ulceribus.

Quas graeci ἀφθῆς dicunt Auiciniiani alcola, nos pustulas
in superficie oris appellamus &c.

Loci consentientes de aphthis.

Gale. 6. de comp. med. per loc. cap. 4. Aphthae sunt ulceratio-
nes in superficie oris oborta habentes quidpiam caliditatis
igneae &c. Aet. ser. 8. cap. 39. idem refert.

Auice. sexta tertij, cap. 23. agit de his sub nomine alcola &
ulceribus malignis &c. Vide Hippocra. 3. aphorif. aphor. 24.
ibi. In etatibus talia cōtingūt paruis & nuper natis puerulis,
oris ulcera quae aphthae uocantur &c.

De causis aphtharum, i. oris ulcerum.

Fiunt aut a lacte nutriticis uitiatō, aut ex humorum uitio-
forum ad os influxu aut ab acredine eorum quae bibuntur ac
comeduntur &c.

Loci consentientes de causis aphtharum.

Gale. 6. de compf. med. per loc. cap. 4. fiunt ut plurimum
pueris lactentibus quum uitiosum fuerit nutriticis lac, aut non
probe ipsum concoxeris infans &c.

Auice, sexta tertij, cap. 23. Non accidunt eis nisi propter
malitiam lactis, aut malitiam digestionis eius in stomachis
ipsorum & quandoq; accidit ex humore omni.

Aet. loc. cit. Fiunt etiam in his qui ad perfectam aetatem
peruenerunt tum propter uitiosorum humorū ad os defluxū
tum propter acredimen eorum quae bibuntur ac comeduntur
&c. lege aphor. 3. Gale. comm. 24. ibi, causa harum nil aliud
est quam mollities instrumentorum quae neque tactum neque

lactis sustinent qualitatem & comm. 32. eiusdem ubi inquit a substantiam tenuem habentibus & a mordacibus humoribus fieri &c.

De aphtharum indicijs.

Cognoscuntur ex tactu et uisu aphthæ, ex tactu dum calor & tumor excitantur, uisu cognoscuntur ob colorem, nam albus pituitam flauus bilem, rubeus sanguinem & niger atram bilem significat &c.

Loci consentientes de aphtharum indicijs.

Aet. ser. 8. cap. 39. Cognitio omnium facilis est ut pote uisui & tactui subiecta, ad tactum quia calidiores quam expectat loci sunt, tumoresq; excitantur, uisu uero cognoscuntur ob colorem, nam rubicundiores a sanguine &c.

Auic. sexta tertij, cap. 23. Cognoscitur ex colore suo, album enim est phlegmaticum ex phlegmate salso in pluribus & citrinum est cholericum uehementis inflammationis quam alia & nigrum est melancholicum & rubeum clarum est sanguineum &c.

De cura aphtharum.

In primis curandum est ut humor ex quo ulcerationes fiunt statim euacuetur, deinde fiat uenæ sectio, nam in his ulceribus maxime conducit, quibus peractis, tunc si sub rubræ fuerint ulcerationes, uti oportet refrigerantibus & moderate adstringentibus a principio præsertim & in puerulis. Deinde his quæ citra mordacitatem discutiunt, si uero subflauæ fuerint, tunc similibus utendum sed frigidioribus, si nigræ discutiuntibus &c. In adultis uero efficacioribus remedijs, utendum &c. Loci consentientes de cura aphtharum.

Auic. loc. cit. cap. 24. Oportet ut intendatur primo humori dominanti & facienti alcola et euacuetur ex corpore toto si est dominus, deinde phlebotometur ex uenis quæ sunt sub mæto. Phlebotomia enim confert omnibus ægri tudinibus oris calidis &c.

Gale. 6. de compo. med. per loc. cap. 4. *Quæ in superficie tantum sunt, facile ex moderatæ adstringentibus curantur, quæ uero diuturna & depascentia sunt, fortioribus remedijs utendum Aet. ser. & loc. cit. Si sub rubræ infantium ulcerationes fuerint a principio cum his quæ mediocriter adstringunt & refrigerant, deinde his quæ citra mordacitatē discutunt, si subslauæ iisdem similiter utendum, uerū magis frigidis & c. Vide fufius.* **Obferuatio in cura aphtharum.**

Auic. sexta tertij, cap. 24. *Et oportet ut alienet omnia olea usque ad oleum de oliuis & c.*

Aphthis nocentia.

Nocent ori & palato quædam species brassicæ & capparorum, lactinia melongia nuces raphanus.

Aphthas curantia.

Ad ulcera oris prosunt absinthium, omphacium, alumen, Myrrum, camomilla, camphora, acatia, aloes, berbena, lutum armenum, plantago, rosa, rubus, spodium, dragagantum cum amylo & aqua ros. dissolutum, granata mala, galla, oliua, malua, litium, lac, aphodillus & c.

De aphtharum pronosticis.

Auic. loc. cit. cholericum est uehementis inflammationis, sed omnibus malignius est melancholicum siue cum apostemate siue singulare sit. Et omne ulcus eueniens in superficie oris est uelox ad dilatandū. B. scito ulcera in temporibus plurius & in febribus pestiferis multiplicari, quod uero ulcus facile dilatetur, ut ait Auicæ, ex eo forte contingit, quod locus in quo ulcera fiunt caliditate non deficit, & cutis mollis & humida facilius ulceratur. Paul. lib. 1. cap. 10. Quod modo cruste nigrescit, omnium perniciosissimum & lethale est & c.

Finis Secundi Libri.